182

KL Januarius habet dies xxxi
Luna vero · xxx ·

iii	a		Circumcisio domini
	b	iiii	Octaua sancti stephani
xi	c	iii	Oct' s' iohannis
	d	ii	Oct' s' innocentium
xix	e	Non'	Oct' s' thome
viii	f	viii	Epyphania domini
	g	vii	
xvi	a	vi	Luciani sociorumque eius
v	b	v	
	c	iiii	
xiii	d	iii	
ii	e	ii	
	f	Id'	Hylarii epi
x	g	xix	
	a	xviii	Mauri abbatis
xviii	b	xvii	Marcelli martiris
vii	c	xvi	Anthonii abbatis
	d	xv	
xv	e	xiiii	
iiii	f	xiii	Fabiani et sebastiani mr
	g	xii	Agnetis virginis
xii	a	xi	Vincencii martiris
i	b	x	
	c	ix	
ix	d	viii	Conuersio pauli
	e	vii	
xvii	f	vi	
vi	g	v	Agnetis secundo
	a	iiii	
xiiii	b	iii	Batildis regine
iii	c	ii	

KL Februarius habet dies xxviii
Luna vero .xxix.

	d		Brigide virginis
xi	e	iiii	Purificatio marie virginis
xix	f	iii	Blasii episcopi
viii	g	ii	
	a	Non	
xvi	b	viii	Amandi et vedasti
v	c	vii	
	d	vi	
xiii	e	v	
ii	f	iiii	Scolastice virginis
	g	iii	
x	a	ii	
	b	Id9	
xviii	c	xvi	Valentini epi
vii	d	xv	
	e	xiiii	Iuliane virginis .
xv	f	xiii	
iiii	g	xii	
	a	xi	
xii	b	x	
i	c	ix	
	d	viii	Cathedra sancti petri
ix	e	vii	Vigilia
	f	vi	Mathie apostoli
xvii	g	v	
vi	a	iiii	
	b	iii	
xiiii	c	ii	Romani martiris

KL Marcius habet dies xxxi luna vero xxx.

iii	d		
	e	vi	Cedde epi
xi	f	v	
	g	iiii	Marinorei epi
xix	a	iii	
viii	b	ii	
	c	Non.	Perpetue et felicitatis
xvi	d	viii	
v	e	vii	
	f	vi	
xiii	g	v	
ii	a	iiii	Gregorii pape
	b	iii	
x	c	ii	Leonis pape
	d	Id.	
xviii	e	xvii	
vii	f	xvi	
	g	xv	Edwardi regis
xv	a	xiiii	
iiii	b	xiii	Cutberti epi
	c	xii	Benedicti abbatis
xii	d	xi	
i	e	x	
	f	ix	
ix	g	viii	Annunciatio marie
	a	vii	
xvii	b	vi	Resurrectio domini
vi	c	v	
	d	iiii	
xiiii	e	iii	Albine virginis
iii	f	ii	

KL Aprilis habet dies ·xxx·
Luna ·xxx· xxix

	g		
xi	a	iiii	
	b	iii	Richardi epi
xix	c	ii	Ambrosii epi
viii	d	Non.	
xvi	e	viii	
v	f	vii	
	g	vi	
xiii	a	v	Marie egypciace
ii	b	iiii	
	c	iii	
x	d	ii	
	e	Id⁹	Eufemie virginis
xviii	f	xviii	
vii	g	xvii	
	a	xvi	
xv	b	xv	Juliani pbri
iiii	c	xiiii	
	d	xiii	Alphegi epi
xii	e	xii	
i	f	xi	
	g	x	
ix	a	ix	Georgii martiris
	b	viii	
xvii	c	vii	Marci euuangeliste
vi	d	vi	
	e	v	
xiiii	f	iiii	Vitalis martiris
iii	g	iii	
	a	ii	

Mayus habet dies xxxi
Luna vero xxx

xi	b		Philippi et iacobi
	c	vi	
xix	d	v	Inventio sancte crucis
viii	e	iiii	
	f	iii	
xvi	g	ii	Johannis ante portam latinam
v	a	Nonas	
	b	viii	Victoris martiris
xiii	c	vii	
ii	d	vi	
	e	v	
x	f	iiii	Nerei et achillei
	g	iii	Poncii martiris
xviii	a	ii	
vii	b	Idus	
	c	xvii	
xv	d	xvi	
iiii	e	xv	
	f	xiiii	Dunstani epi
xii	g	xiii	
i	a	xii	
	b	xi	
ix	c	x	
	d	ix	
xvii	e	viii	Aldelmi epi
vi	f	vii	Augustini epi
	g	vi	
xiiii	a	v	Germani epi
iii	b	iiii	
	c	iii	
xi	d	ii	Petronille virginis

KL Junius habet dies xxx
luna vero · xxix ·

	e		Nichomedi martiris
xix	f	iiii	Marcellini martiris
viii	g	iii	
xvi	a	ii	
v	b	a	Bonefacii epi
	c	viii	
xiii	d	vii	
ii	e	vi	Gildardi et medardi
	f	v	Translatio edmundi
x	g	iiii	
	a	iii	
xviii	b	ii	Basilidis mr
vii	c	a	
	d	xviii	Basilii epi
xv	e	xvii	Viti et modesti
iiii	f	xvi	Translatio richardi
	g	xv	
xii	a	xiiii	
i	b	xiii	Geruasii et prothasii
	c	xii	Eduardi regis
ix	d	xi	
	e	x	Albini prothomr
xvii	f	ix	Vigilia
vi	g	viii	Johannis baptiste
	a	vii	
xiiii	b	vi	Johannis et pauli
iii	c	v	
	d	iiii	Vigilia
xi	e	iii	Petri et pauli apostolorum ·
	f	ii	Commemoratio pauli ·

KL Iulius habet dies xxxi
Luna vero xxx

xix	g		
viii	a	vi	Processi et martiniani
	b	v	
xvi	c	iiii	
v	d	iii	
	e	ii	
xiii	f	Non.	Translatio thome
ii	g	viii	
	a	vii	
x	b	vi	Septem fratrum
	c	v	Translatio benedicti
xviii	d	iiii	
vii	e	iii	
	f	ii	
xv	g	Id.	S. Swithuni epi
iiii	a	xvii	
	b	xvi	
xii	c	xv	Arnulphi epi
i	d	xiiii	
	e	xiii	Margarete virginis
ix	f	xii	Praxedis virginis
	g	xi	Marie magdalene
xvii	a	x	
vi	b	ix	Vigilia
	c	viii	Jacobi et xpofori
xiiii	d	vii	Anne matris marie
iii	e	vi	Septem dormientium
	f	v	
xi	g	iiii	
	a	iii	
xix	b	ii	Germani epi

KL			Augustus habet dies xxxi
			Luna vero xxx
viii	c		Ad vincula sancti petri
xvi	d	iiii	Stephani pape
v	e	iii	
	f	ii	
xiii	g	Non.	Oswaldi regis
ii	a	viii	
	b	vii	Donati epi
x	c	vi	
	d	v	Vigilia
xviii	e	iiii	Laurencii mris
vii	f	iii	
	g	ii	
xv	a	Id.	Ypoliti martiris
iiii	b	xix	Vigilia
	c	xviii	Assumptio marie
xii	d	xvii	
i	e	xvi	Oct. s. laurencii
	f	xv	
ix	g	xiiii	Magni martiris
	a	xiii	
xvii	b	xii	
vi	c	xi	Oct. assumptionis
	d	x	Vigilia
xiiii	e	ix	Bartholomei apli
iii	f	viii	
	g	vii	
xi	a	vi	Rufi martiris
	b	v	Augustini epi
xix	c	iiii	Decollatio sci iohannis baptiste
viii	d	iii	
	e	ii	Cutburge virginis

KL September habet dies xxx
luna vero xxix.

xvi	f		Egidii abbatis
v	g	iiii	
	a	iii	
xiii	b	ii	Translatio cuthberti
ii	c	Non.	Bertini abbatis
	d	viii	
x	e	vii	
	f	vi	Natiuitas marie
xviii	g	v	Gorgonii martiris
vii	a	iiii	
	b	iii	Prothi et iacincti
xv	c	ii	
iiii	d	Id.	
	e	xviii	Exaltatio crucis
xii	f	xvii	
i	g	xvi	Edice virginis
	a	xv	Lamberti epi
ix	b	xiiii	
	c	xiii	
xvii	d	xii	Vigilia
vi	e	xi	Mathei apostoli
	f	x	Mauricii martiris
xiiii	g	ix	Tecle virginis
iii	a	viii	
	b	vii	Firmini epi
xi	c	vi	
	d	v	Cosme et damiani
xix	e	iiii	
viii	f	iii	Michaelis archangeli
	g	ii	

KL October habet dies · xxxi
Luna vero · xxx

xvi	a		Remigii et bauonis
v	b	vi	
xiii	c	v	
ii	d	iiii	Franciſci confeſſoris
	e	iii	
x	f	ii	Fidis virginis
	g	Non̄	Marci pape
xviii	a	viii	
vii	b	vii	Dionisii epi
	c	vi	
xv	d	v	Nichaſii martiris
iiii	e	iiii	
	f	iii	Tranſlatio edwardi
xii	g	ii	Calixti pape
i	a	Id9	Wlframni epi
	b	xvii	
ix	c	xvi	
	d	xv	Luce euuangeliſte
xvii	e	xiiii	
vi	f	xiii	
	g	xii	xi^m^ virginum
xiiii	a	xi	
iii	b	x	Romani martiris
	c	ix	
xi	d	viii	Criſpini et criſpiniani
	e	vii	
xix	f	vi	Vigilia
viii	g	v	Symonis et Jude
	a	iiii	
xvi	b	iii	
v	c	ii	Vigilia

KL November habet dies xxx
Luna vero xxix.

	d		Festum omnium sanctorum
xiii	e	iiii	Commemoratio animarum
ii	f	iii	Wenefrede virginis
	g	ii	
x	A	Non'	
	b	viii	Leonardi conf'
xviii	c	vii	
vii	d	vi	Quatuor coronatorum
	e	v	Theodori martiris
xv	f	iiii	
iiii	g	iii	Martini epi
	A	ii	
xii	b	Id'	Bricii epi
i	c	xviii	
	d	xvii	Machuti epi
ix	e	xvi	Edmundi archiepi
	f	xv	Hugonis epi
xvii	g	xiiii	
vi		xiii	
	b	xii	
xiiii	c	xi	
iii	d	x	Cecilie virginis
	e	ix	Clementis pape
xi	f	viii	Grisogoni martiris
xix	g	vii	Katherine virginis
	A	vi	
viii	b	v	
	c	iiii	
xvi	d	iii	Vigilia
v	e	ii	Andree apostoli

KL December habet dies xxxi
Luna uo . xxx

	f		
xiii	g	iiii	
ii	a	iii	
x	b	ii	Barbare virginis
	c	Nō	
xviii	d	viii	Nicholai epi
vii	e	vii	
	f	vi	Conceptio marie
xv	g	v	
iiii	a	iiii	
	b	iii	
xii	c	ii	
i	d	Id	Lucie virginis
	e	xix	
ix	f	xviii	
	g	xvii	
xvii	a	xvi	
vi	b	xv	
	c	xiiii	
xiiii	d	xiii	Vigilia
iii	e	xii	Thome apostoli
	f	xi	
xi	g	x	
	a	ix	Vigilia
xix	b	viii	Natiuitas domini
viii	c	vii	Stephani prothomr̄is
	d	vi	Iohannis euuangeliste
xvi	e	v	Scōr innocentium
v	f	iiii	Thome cantuarien̄
	g	iii	
xiii	a	ii	Siluestri pape



Beatus vir qui non abiit
in conſilio impiorum
et in via peccatorum nō
ſtetit: et in cathedra peſ
tilencie non ſedit Sed
in lege domini voluntas eius: et in

lege eius meditabitur die ac nocte ·
Et erit tanquam lignum quod
plantatum eſt ſecus decurſus aquar(um)
quod fructum ſuum dabit in tempo
re ſuo Et folium eius non defluet:
et omnia quecumq(ue) faciet proſperabu(n)
tur Non ſic impii non ſic: ſed tan
quam pulvis quem proicit ventus
a facie terre Ideo non reſurgunt
impii in iudicio: neq(ue) peccatores in co(n)
ſilio iuſtorum Quoniam novit
dominus viam iuſtorum: et iter im
piorum peribit ·
Quare fremuerunt gentes: et
populi meditati ſunt inania
Aſtiterunt reges terre . et principes co(n)
venerunt in unum adverſus d(omi)n(u)m:
et adverſus xpiſtum eius Diru(m)
pamus vincula eorum: et proiciam(us)
a nobis iugum ipſorum Qui habi
tat in celis irridebit eos: et dominus
ſubſannabit eos · Tunc loque
tur ad eos in ira ſua: et in furore ſuo

conturbabit eos. Ego autem con
stitutus sum rex ab eo super syon mon
tem sanctum eius. predicans precep
tum eius. Dominus dixit ad me
filius meus es tu: ego hodie genui te.
Postula a me et dabo tibi gentes
hereditatem tuam: et possessionem tu
am terminos terre. Reges eos in vir
ga ferrea: et tanquam vas figuli con
fringes eos. Et nunc reges intelli
gite: erudimini qui iudicatis terram.
Servite domino in timore: et exul
tate ei cum tremore. Apprehendite
disciplinam nequando irascatur do
minus: et pereatis de via iusta.
Cum exarserit in brevi ira eius: be
ati omnes qui confidunt in eo.
Domine quid multiplicati sunt
qui tribulant me: multi in
surgunt adversum me. Multi di
cunt anime mee: non est salus ipsi
in deo eius. Tu autem domine
susceptor meus es: gloria mea et ex

altans caput meum. Voce mea ad
dominum clamaui: et exaudiuit me
de monte ſancto ſuo. Ego dormiui
et ſoporatus ſum: et exurrexi quia do
minus ſuſcepit me. Non timebo
milia populi circumdantis me: exur
ge domine ſaluum me fac deus meus.
Quoniam tu percuſſiſti omnes ad
uerſantes michi ſine cauſa: dentes
peccatorum contriuiſti. Domini
eſt ſalus: et ſuper populum tuum be
nedictio tua.
Cum inuocarem exaudiuit me
deus iuſticie mee: in tribula
tione dilataſti michi. Miſerere mei
et exaudi orationem meam. Filii
hominum uſquequo graui corde:
ut quid diligitis uanitatem et quera
tis mendacium. Et ſcitote quoni
am mirificauit dominus ſanctum
ſuum: dominus exaudiet me cum
clamauero ad eum. Iraſcimini

et nolite peccare que dicitis in cordibz
vestris et in cubilibus vestris compū
gimini Sacrificate sacrificium -
iusticie et sperate in domino: multi
dicunt quis ostendit nobis bona.
Signatum est super nos lumen
vultus tui domine: dedisti leticiam
in corde meo A fructu frumenti vi
ni et olei sui: multiplicati sunt In
pace in idipsum: dormiam et requi
escam Quoniam tu domine sin
gulariter in spe: constituisti me.
Verba mea auribus percipe do
mine: intellige clamorem
meum Intende voci orationis mee:
rex meus et deus meus Quoniam
ad te orabo domine: mane exaudies
vocem meam Mane astabo tibi et
videbo: quoniam non deus volens ini
quitatem tu es Neqꝫ habitabit iux
ta te malignus: neqꝫ permanebunt
iniusti ante oculos tuos Odisti -

omnes qui operantur iniquitatem:
perdes omnes qui loquuntur men
dacium. Virum ſanguinum et do
loſum: abhominabitur dominus.
ego autem in multitudine miſericor
die tue. Introibo in domum tuam:
adorabo ad templum ſanctum tuum
in timore tuo. Domine deduc me
in iuſticia tua propter inimicos me
os: dirige in conſpectu tuo viam meā
Quoniam non eſt in ore eorum ve
ritas: cor eorum vanum eſt. Se
pulchrum patens eſt guttur eorum:
linguis ſuis doloſe agebant iudica
illos deus. Decidant a cogitationi
bus ſuis. ſecundum multitudinem
impietatum eorum expelle eos: quo
niam irritauerunt te domine. Et
letentur omnes qui ſperant in te: in
eternum exultabunt et habitabis in
eis. Et gloriabuntur in te omnes
qui diligunt nomen tuum: quoniā

tu benedices iuſto Domine ut ſcu
to bone voluntatis tue: coronaſti nos.
Domine ne in furore tuo argu
as me: neq; in ira tua corri
pias me Miſerere mei domine qm̄
infirmus ſum: ſana me dn̄e quoni
am conturbata ſunt oſſa mea Et
anima mea turbata eſt valde: ſed tu
domine uſquequo Conuertere do
mine et eripe animam meam: ſaluū
me fac propter miſericordiam tuam
Quoniam non eſt in morte qui
memor ſit tui: in inferno autem quis
confitebitur tibi Laboraui in ge
mitu meo: lauabo per ſingulas no
ctes lectum meum: lacrimis meis
ſtratum meum rigabo Turbatus
eſt a furore oculus meus: inueteraui
inter omnes inimicos meos Diſce
dite a me omnes qui operamini
iniquitatem: quoniam exaudiuit
dominus vocem fletus mei Exau

diuit dominus deprecationem meam
dominus orationem meam ſuſcepit
Erubeſcant et conturbentur vehemē
ter omnes inimici mei: conuertantur
et erubeſcant valde velociter.
Domine deus meus in te ſpera
ui: ſaluum me fac ex omni
bus perſequentibus me et libera me
Nequando rapiat ut leo animam
meam: dum non eſt qui redimat neq;
qui ſaluum faciat. Domine deus
meus ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in
manibus meis. Si reddidi retribu
entibus michi mala: decidam meri
to ab inimicis meis inanis. Perſe
quatur inimicus animam meam
et comprehendat et conculcet in terra
vitam meam: et gloriam meam in
puluerem deducat. Exurge dn̄e
in ira tua: et exaltare in finibus ini
micorum meorum. Et exurge domi
ne deus meus in precepto quod man

daſti : et ſynagoga populorum circũ
dabit te. Et propter hanc in altum
regredere : dominus iudicat populos
Iudica me dñe ſecũdũ iuſticiam
meam : et ſecundum innocenciam
meam ſuper me. Conſumetur ne
quicia peccatorum et diriges iuſtum :
ſcrutans corda et renes deus. Iuſtũ
adiutorium meum a domino : qui
ſaluos facit rectos corde. Deus iudex
iuſtus fortis et paciens : numquid ira
ſcitur per ſingulos dies. Niſi conuer
ſi fueritis gladium ſuum vibrabit :
arcum ſuum tetendit et parauit illũ
Et in eo parauit vaſa mortis : ſagit
tas ſuas ardentibus effecit. Ecce par
turit iniuſticiam et concepit dolorem :
et peperit iniquitatem. Lacum ape
ruit et effodit eum : et incidit in foueã
quam fecit. Conuertetur dolor eiꝰ
in caput eius : et in verticem ipſius
iniquitas eius deſcendet. Confite

bor domino ſecundum iuſticiam eius:
et pſallam nomini domini altiſſimi
Domine dominus noſter: quam
admirabile eſt nomen tuum
in vniuerſa terra. Quoniam ele
uata eſt magnificencia tua ſuper ce
los. Ex ore infantium et lactenti
um perfeciſti laudem propter inimi
cos tuos: ut deſtruas inimicum et ul
torem. Quoniam videbo celos tuos
opera digitorum tuorum: lunam et
ſtellas que tu fundaſti. Quid eſt ho
mo quod memor es eius: aut filius
hominis quoniam viſitas eum.
Minuiſti eum paulominus ab an
gelis. gloria et honore coronaſti eum:
et conſtituiſti eum ſuper opera manu
um tuarum. Omnia ſubieciſti ſub
pedibus eius oues et boues vniuer
ſas: inſuper et pecora campi. Volu
cres celi et piſces maris: qui peram
bulant ſemitas maris. Domine

dominus noſter: quam admirabile
eſt nomen tuum in vniuerſa terra.
Confitebor tibi domine in to
to corde meo: narrabo omnia
mirabilia tua. Letabor et exulta
bo in te: pſallam nomini tuo altiſſi
me. In conuertendo inimicum
meum retrorſum: infirmabuntur et
peribunt a facie tua. Quoniam fe
ciſti iudicium meum et cauſam me
am: ſedes ſuper thronum qui iudi
cas iuſticiam. Increpaſti gentes
et periit impius: nomen eorum dele
ſti in eternum et in ſeculum ſeculi.
Inimici defecerunt framee in finē:
et ciuitates eorum deſtruxiſti. Pe
riit memoria eorum cum ſonitu: et
dominus in eternum permanet.
Parauit in iudicio thronum ſuū:
et ipſe iudicabit orbem terre in equi
tate. iudicabit populos in iuſticia.
Et factus eſt dominus refugium

pauperi : adiutor in opportunitatibus
in tribulatione Et sperent in te-
qui nouerunt nomen tuum : quoniã
non dereliquisti querentes te domine
Psallite domino qui habitat in sy-
on : annunciate inter gentes studia
eius Quoniam requirens sanguinem eo-
rum recordatus est. non est oblitus cla-
morem pauperum Miserere mei do-
mine : vide humilitatem meam de-
inimicis meis Qui exaltas me de
portis mortis : ut annunciem omnes
laudationes tuas in portis filie syon
Exultabo in salutari tuo : infixe sunt
gentes in interitu quem fecerunt In
laqueo isto quem absconderunt : com
prehensus est pes eorum Cognosce-
tur dominus iudicia faciens : in ope-
ribus manuum suarum comprehen-
sus est peccator Conuertantur pec-
catores in infernum : omnes gentes
que obliuiscuntur deum Quoniã

non in finem obliuio erit pauperis: pa
cientia pauperum non peribit in finē
Exurge domine non confortetur ho
mo: iudicentur gentes in conſpectu tuo
Conſtitue domine legiſlatorem ſu
per eos: ſciant gentes quoniam homi
nes ſunt Ut quid domine receſſiſti
longe: deſpicis in opportunitatibus
in tribulatione Dum ſuperbit im
pius incenditur pauper: comprehen
duntur in conſiliys quibus cogitant
Quoniam laudatur peccator in de
ſideriis anime ſue: et iniquus benedi
citur Exacerbauit dominum pec
cator ſecundum multitudinem ire ſue
non queret Non eſt deus in conſpe
ctu eius: inquinate ſunt vie illius ī
omni tempore Auferuntur iudicia
tua a facie eius: omnium inimicor
ſuorum dominabitur Dixit enim
in corde ſuo. non mouebor a generati
one in generationem ſine malo .

Cuius maledictione os plenum
est et amaritudine et dolo: sub lin
gua eius labor et dolor Sedet in i
sidiis cum diuitibus in occultis: ut
interficiat innocentem Oculi eius
in pauperem respiciunt: insidiatur
in abscondito quasi leo in spelunca sua
Insidiatur ut rapiat pauperem:
rapere pauperem dum attrahit eum
In laqueo suo humiliabit eum: in
clinabit se et cadet cum dominatus fue
rit pauperum Dixit enim in corde
suo oblitus est deus: auertit faciem suã
ne uideat in finem Exurge domine
deus et exaltetur manus tua: ne obli
uiscaris pauperum Propter quid ir
ritauit impius deum: dixit enim in cor
de suo non requiret Vides quoniam
tu laborem et dolorem consideras: ut
tradas eos in manus tuas Tibi dere
lictus est pauper: orphano tu eris adiu
tor Contere brachium peccatoris et

maligni: queretur peccatum illius et
non inuenietur. Dominus regna
bit ineternum et in seculum seculi: pe
ribitis gentes de terra illius. Desider
ium pauperum exaudiuit dominus
preparationem cordis eorum audiuit
auris tua. Iudicare pupillo et hu
mili: ut non apponat ultra magni
ficare se homo super terram

In domino confido quomodo
dicitis anime mee: transmi
gra in montem sicut passer. Quoni
am ecce peccatores intenderunt arcum:
parauerunt sagittas suas in phare
tra. ut sagittent in obscuro rectos cor
de. Quoniam que perfecisti destruxe
runt: iustus autem quid fecit. Do
minus in templo sancto suo: dominus
in celo sedes eius. Oculi eius in pau
perem respiciunt: palpebre eius inter
rogant filios hominum. Dominus
interrogat iustum et impium: qui

autem diligit iniquitatem odit animã
suam. Pluet super peccatores laqueos:
ignis et sulphur et spiritus procella
rum pars calicis eorum. Quoniam
iustus dominus et iusticias dilexit: e
quitatem vidit vultus eius.

Salvum me fac domine quoni
am defecit sanctus: quoniã
diminute sunt veritates a filiis homi
num. Vana locuti sunt unusquis
que ad proximum suum: labia dolosa
in corde et corde locuti sunt. Disper
dat dominus universa labia dolosa:
et linguam magniloquam. Qui
dixerunt linguam nostram magni
ficabimus labia nostra a nobis sunt:
quis noster dominus est. Propter
miseriam inopum et gemitum pau
perum: nunc exurgam dicit dominus.
Ponam in salutari. fiducialiter
agam in eo. Eloquia domini eloquia
casta: argentum igne examinatum

probatum terre purgatum ſeptuplum
Tu domine ſeruabis nos: et custo
dies nos a generatione hac ineternū
In circuitu impii ambulant: ſe
cundum altitudinem tuam multi
plicaſti filios hominum.
Uſquequo domine obliuiſceris
me in finem: uſquequo auer
tis faciem tuam a me. Quamdiu
ponam conſilia in anima mea: dolo
rem in corde meo per diem. Uſquequo
exaltabitur inimicus meus ſuper me.
reſpice et exaudi me domine deus me⁹
Illumina oculos meos ne unquam
obdormiam in morte: nequando di
cat inimicus meus preualui aduerſus
eum. Qui tribulant me exultabūt
ſi motus fuero: ego autem in miſeri
cordia tua ſperaui. Exultabit cor
meum in ſalutari tuo. cantabo domi
no qui bona tribuit michi et pſallā
nomini domini altiſſimi.

Dixit insipiens in corde suo: non
est deus. Corrupti sunt et
abhominabiles facti sunt in studiis
suis: non est qui faciat bonum non
est usque ad unum. Dominus de ce
lo prospexit super filios hominum: ut
videat si est intelligens aut requirens
deum. Omnes declinaverunt si
mul inutiles facti sunt. non est qui fa
ciat bonum non est usque ad unum.
Sepulchrum patens est guttur
eorum linguis suis dolose agebant:
venenum aspidum sub labiis eorum.
Quorum os maledictione et ama
ritudine plenum est: veloces pedes eorum
ad effundendum sanguinem.
Contricio et infelicitas in viis eorum et viam pacis non
cognoverunt: non est timor dei ante oculos eorum.
Nonne cog
noscent omnes qui operantur iniqui
tatem: qui devorant plebem meam si
cut escam panis. Deum non in
vocaverunt: illic trepidaverunt timo
re ubi non erat timor. Quoniam do
minus in generatione iusta est consi

ſuum inopis confudiſtis: quoniam do
minus ſpes eius eſt Quis dabit ex
ſyon ſalutare iſrael: cum averterit do
minus captivitatem plebis ſue. ex
ultabit iacob et letabitur iſrael.
Domine quis habitabit in ta
bernaculo tuo: aut quis re
quieſcet in monte ſancto tuo Qui
ingreditur ſine macula: et operatur
iuſticiam Qui loquitur veritatem
in corde ſuo: qui non egit dolum in
lingua ſua Nec fecit proximo ſuo
malum: et opprobrium non accepit
adverſus proximos ſuos Ad ni
chilum deductus eſt in conſpectu eius
malignus: timentes autem dominū
glorificat Qui iurat proximo ſuo
et non decipit. qui pecuniam ſuam
non dedit ad uſuram. et munera ſup
innocentem non accepit Qui fa
cit hec non movebitur in eternum.
Conſerva me domine quoniā
ſperavi in te: dixi domino de⁹

meus es tu: quoniam bonorum meorum
non eges. Sanctis qui ſunt in terra
eius: mirificauit omnes uoluntates
meas in eis. Multiplicate ſunt infir
mitates eorum: poſtea accelerauerunt
Non congregabo conuenticula eor
de ſanguinibus: nec memor ero no
minum eorum per labia mea. Domi
nus pars hereditatis mee et calicis mei:
tu es qui reſtitues hereditatem meam
michi. Funes ceciderunt michi in pre
claris: etenim hereditas mea precla
ra eſt michi. Benedicam dominum
qui tribuit michi intellectum: inſu
per et uſque ad noctem increpuerunt me
renes mei. Prouidebam dominum
in conſpectu meo ſemper: quoniam
a dextris eſt michi ne commouear
Propter hoc letatum eſt cor meum
et exultauit lingua mea: inſuper et
caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam
non derelinques animam meam in
inferno: nec dabis ſanctum tuum ui

dere corruptionem. Notas michi fe
cisti vias vite adimplebis me leticia
cum vultu tuo: delectationes in dexte
ra tua usque in finem.
Exaudi domine iusticiam meã:
intende deprecationem meã.
Auribus percipe orationem meam:
non in labiis dolosis. De vultu tuo
iudicium meum prodeat: oculi tui vi
deant equitates. Probasti cor meum
et visitasti nocte: igne me examinasti.
et non est inventa in me iniquitas.
Ut non loquatur os meum opera
hominum: propter verba labiorum
tuorum ego custodivi vias duras.
Perfice gressus meos in semitis tu
is: ut non moveantur vestigia mea
Ego clamavi quoniam exaudisti
me deus: inclina aurem tuam michi
et exaudi verba mea. Mirifica mise
ricordias tuas: qui salvos facis sperã
tes in te. A resistentibus dextere tue.

cuſtodi me ut pupillam oculi. Sub
vmbra alarum tuarum protege me:
a facie impiorum qui me afflixerunt
Inimici mei animam meam cir
cundederunt: adipem ſuum concluſe
runt os eorum locutum eſt ſuperbiã. Pro
icientes me nunc circundederunt me:
oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terrã
Suſceperunt me ſicut leo paratus
ad predam: et ſicut catulus leonis ha
bitans in abditis. Exurge domine
preveni eum et ſupplanta eum: eripe
animam meam ab impio. frameam
tuam ab inimicis manus tue. Do
mine a paucis de terra divide eos in vi
ta eorum: de abſconditis tuis adim
pletus eſt venter eorum. Saturati
ſunt filiis: et dimiſerunt reliquias ſuas
parvulis ſuis. Ego autem in iuſticia
apparebo in conſpectu tuo ſatiabor
cum apparuerit gloria tua.

Diligam te domine fortitudo me
a: dominus firmamentum
meum et refugium meum et libera
tor meus. Deus meus adiutor me
us: et ſperabo in eum. Protector
meus et cornu ſalutis mee: et ſuſcep
tor meus. Laudans invocabo do
minum: et ab inimicis meis ſalvus
ero. Circumdederunt me dolores mor
tis: et torrentes iniquitatis contur
baverunt me. Dolores inferni cir
cumdederunt me: preoccupaverunt
me laquei mortis. In tribulatio
ne mea invocavi dominum: et ad
deum meum clamavi. Et exaudi
vit de templo ſancto ſuo vocem meã:
et clamor meus in conſpectu eius in
troivit in aures eius. Commota
eſt et contremuit terra. fundamẽ
ta montium conturbata ſunt et com
mota ſunt: quoniam iratus eſt eis
Aſcendit fumus in ira eius. et ig

nis a facie eius exarſit . carbones ſuc
cenſi ſunt ab eo Inclinauit celos et
deſcendit : et caligo ſub pedibus eius
Et aſcendit ſuper cherubim et vola
uit : volauit ſuper pennas ventorum
Et poſuit tenebras latibulum ſuũ
in circuitu eius tabernaculum eius :
tenebroſa aqua in nubibus aeris .
Pre fulgore in conſpectu eius nubes
tranſierunt : grando et carbones ignis
Et intonuit de celo dñs et altiſſimus
dedit vocem ſuam : grando et carbones
ignis Et miſit ſagittas ſuas et diſ
ſipauit eos : fulgura multiplicauit et
conturbauit eos Et apparuerunt
fontes aquarum : et reuelata ſunt
fundamenta orbis terrarum Ab
increpatione tua domine : ab inſpi
ratione ſpiritus ire tue Miſit de
ſummo et accepit me : et aſſumpſit
me de aquis multis Eripuit me
de inimicis meis fortiſſimis et ab his

qui oderunt me: quoniam confortati
ſunt ſuper me. Preuenerunt me in
die afflictionis mee: et factus eſt do
minus protector meus. Et eduxit
me in latitudinem: ſaluum me fecit
quoniam voluit me. Et retribuet
michi dominus ſecundum iuſticiam
meam: et ſecundum puritatem ma
nuum mearum retribuet michi.
Quia cuſtodiui vias domini: nec ĩ
pie geſſi a deo meo. Quoniam om
nia iudicia eius in conſpectu meo: et
iuſticias eius non repuli a me. Et
ero immaculatus cum eo: et obſerua
bo me ab iniquitate mea. Et retri
buet michi dominus ſecundum iuſti
ciam meam: et ſecundum puritatem
manuum mearum in conſpectu ocu
lorum eius. Cum ſancto ſanctus
eris: et cum viro innocente innocens
eris. Et cum electo electus eris: et
cum peruerſo peruerteris. Quoniā

tu populum humilem ſaluum faci
es: et oculos ſuperborum humiliabis
Qm̄ tu illuminas lucernam meam
domine deus meus illumina tenebras
meas Quoniam in te eripiar a temp
tatione: et in deo meo tranſgrediar mu
rum Deus meus impolluta via ei⁹:
eloquia domini igne examinata: pro
tector eſt omnium ſperantium in ſe.
Quoniam quis deus preter dn̄m:
aut quis deus preter deum noſtrum
Deus qui precinxit me virtute: et
poſuit immaculatam viam meam.
Qui perfecit pedes meos tanquam
ceruorum: et ſuper excelſa ſtatuēs me
Qui docet manus meas ad preliū:
et poſuiſti ut arcum ereum brachia
mea Et dediſti michi protectionē
ſalutis tue: et dextera tua ſuſcepit me
Et diſciplina tua correxit me in fi
nem: et diſciplina tua ipſa me docebit
Dilataſti greſſus meos ſubtus me:

et non sunt infirmata vestigia mea
Persequar inimicos meos et com
prehendam illos: et non conuertar do
nec deficiant Confringam illos nec
poterunt stare: cadent subtus pedes
meos Et precinxisti me virtute ad
bellum: et supplantasti insurgentes i
me subtus me Et inimicos meos
dedisti michi dorsum: et odientes me
disperdidisti Clamauerunt nec e
rat qui saluos faceret ad dominum:
nec exaudiuit eos Et comminuã
eos ut puluerem ante faciem venti:
vt lutum platearum delebo eos E ru
pies me de contradictionibus populi:
constitues me in caput gentium P o
pulus quem non cognoui seruiuit
michi: in auditu auris obediuit mi
chi Filii alieni mentiti sunt michi
filii alieni inueterati sunt: et claudi
cauerunt a semitis suis Viuit do
minus et benedictus deus meus: et

exaltetur deus ſalutis mee. Deus
qui das vindictas michi et ſubdis po
pulos ſub me: liberator meus de ini
micis meis iracundis. Et ab inſur
gentibus in me exaltabis me: a viro
iniquo eripies me. Propterea con
fitebor tibi in nationibus domine:
et nomini tuo pſalmum dicam.
Magnificans ſalutes regis eius. et
faciens miſericordiam xpiſto ſuo da
uid: et ſemini eius uſqz in ſeculum.
Celi enarrant gloriam dei: et o
pera manuum eius annun
ciat firmamentum. Dies diei eruc
tat verbum: et nox nocti indicat ſcienti
am. Non ſunt loquele neqz ſermo
nes: quorum non audiantur voces
eorum. In omnem terram exiuit
ſonus eorum: et in fines orbis terre ver
ba eorum. In ſole poſuit taberna
culum ſuum: et ipſe tanquam ſpon
ſus procedens de thalamo ſuo. Ex

ultauit ut gygas ad currendam viā
a ſummo celo egreſſio eius. Et oc
curſus eius uſq; ad ſummum eius:
nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.
Lex domini immaculata conuer
tens animas: teſtimonium domini fi
dele ſapienciam preſtans paruulis.
Iuſticie domini recte letificantes
corda: preceptum domini lucidum
illuminans oculos. Timor domi
ni ſanctus permanet in ſeculum ſe
culi: iudicia domini vera iuſtificata
in ſemetipſa. Deſiderabilia ſuper
aurum et lapidem precioſum mul
tum: et dulciora ſuper mel et fauum.
Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea:
in cuſtodiendis illis retributio multa.
Delicta quis intelligit ab occultis
meis munda me: et ab alienis parce
ſeruo tuo. Si mei non fuerint domi
nati tunc immaculatus ero: et emū
dabor a delicto maximo. Et erunt
vt complaceant eloquia oris mei.

et meditatio cordis mei in conſpectu
tuo ſemper. Domine adiutor me
us: et redemptor meus
Exaudiat te dominus in die
tribulationis: protegat te no
men dei iacob. Mittat tibi auxiliū
de ſancto: et de ſyon tueatur te. Memor
ſit omnis ſacrificii tui: et holocauſtū
tuum pingue fiat. Tribuat tibi
ſecundum cor tuum: et omne conſili
um tuum confirmet. Letabimur
in ſalutari tuo: et in nomine dei nr̄i
magnificabimur. Impleat do
minus omnes petitiones tuas: nūc
cognoui quoniam ſaluum fecit do
minus criſtum ſuum. Exaudiet
illum de celo ſancto ſuo: in potentati
bus ſalus dextere eius. Hii in curri
bus et hii in equis: nos autem in no
mine domini dei nr̄i inuocabimus
Ipſi obligati ſunt et ceciderunt:
nos autem ſurreximus et erecti ſumus.
Domine ſaluum fac regem: et ex

audi nos in die qua invocaverimus te.
Domine in virtute tua letabit[ur]
rex: et ſuper ſalutare tuum ex
ultabit vehementer. Deſiderium
cordis eius tribuiſti ei: et voluntate
labiorum eius non fraudaſti eum.
Quoniam preveniſti eum in bene
dictionibus dulcedinis: poſuiſti in
capite eius coronam de lapide precio
ſo. Vitam petiit a te et tribuiſti ei lo[n]
gitudinem dierum in ſeculum. et in
ſeculum ſeculi. Magna eſt gloria
eius in ſalutari tuo: gloriam et mag
num decorem impones ſuper eum.
Quoniam dabis eum in benedicti
onem in ſeculum ſeculi: letificabis
eum in gaudio cum vultu tuo. Quoniam
rex ſperat in domino: et in miſericordia al
tiſſimi non commovebitur. In
veniatur manus tua omnibus in
imicis tuis: dextera tua inveniat om
nes qui te oderunt. Pones eos ut

clibanum ignis in tempore vultus tui
dominus in ira ſua conturbabit eos:
et deuorabit eos ignis. Fructum eo
rum de terra perdes: et ſemen eorum
a filiis hominum. Quoniam de
clinauerunt in te mala: cogitauerūt
conſilia que non potuerunt ſtabilire
Quoniam pones eos dorſum: in re
liquiis tuis preparabis vultum eor
Exaltare domine in virtute tua
cantabimus et pſallemus virtutes
tuas. Gloria patri et filio et ſpiritui
ſancto. Sicut erat in principio et
nunc et ſemper: et in ſecula ſclor. amē
Deus deus meus reſpice in me
quare me dereliquiſti: longe
a ſalute mea verba delictorum meorū
Deus meus clamabo per diem et
non exaudies: et nocte et non ad in
ſipientiam michi. Tu autem in
ſancto habitas: laus iſrael. In te
ſperauerunt patres noſtri: ſperauerūt

et liberaſti

et liberaſti eos. Ad te clamauerũt
et ſalui facti ſunt. in te ſperauerunt
et non ſunt confuſi. Ego autem
ſum vermis et non homo: obprobriũ
hominum et abiectio plebis. Omnes
videntes me deriſerunt me: locuti ſũt
labiis et mouerunt caput. Sperauit
in domino eripiat eum: ſaluum faci
at eum quoniam vult eum. Quoniam
tu es qui extraxiſti me de ventre. ſpes
mea ab uberibus matris mee: in te pro
iectus ſum ex utero. De ventre ma
tris mee deus meus es tu: ne diſceſſeris
a me. Quoniam tribulatio proxĩa
eſt: q̃m non eſt qui adiuuet. Circumde
derunt me vituli multi: tauri pingues
obſederunt me. Aperuerunt ſup me
os ſuum: ſicut leo rapiens et rugiens.
Sicut aqua effuſus ſum: et diſperſa
ſunt omnia oſſa mea. Factum eſt
cor meum tanquam cera liqueſcens:
in medio ventris mei. Aruit tanq̃m

testa virtus mea. et lingua mea adhesit fau
cibz meis: et in pulverem mortis dedu
xisti me. Quoniam circumdederūt me
canes multi: consilium malignanti
um obsedit me. Foderunt manus
meas et pedes meos: Dinumeraverūt
omnia ossa mea. Ipsi vero conside
raverunt et inspexerunt me: diviserūt
sibi vestimenta mea et super vestem me
am miserunt sortem. Tu autem do
mine ne elongaveris auxilium tuum
a me: ad defensionem meam conspice
Erue a framea deus animam meā:
et de manu canis unicā meā. Salva
me ex ore leonis: et a cornibus unicor
nium humilitatem meam. Narra
bo nomen tuum fratribus meis: in
medio ecclesie laudabo te. Qui time
tis dnm laudate eum: universum se
men iacob glorificate eum. Time
at eum omne semen israel: quoniam
non sprevit neqȝ despexit deprecationē

pauperis. Nec auertit faciem suā
a me: et cum clamarem ad eum exau
diuit me. Apud te laus mea in ec
clesia magna: vota mea reddam in cō
spectu timentium eum. Edent pau
peres et saturabuntur: et laudabunt
dominum qui requirunt eum. viuent
corda eorum in seculum seculi. Re
miniscentur et conuertentur ad dominum.
vniuersi fines terre. Et adorabunt
in conspectu eius: vniuerse familie gē
tium. Quoniam domini est regnū
et ipse dominabitur gentium. Man
ducauerunt et adorauerunt omnes
pingues terre: in conspectu eius cadēt
omnes qui descendunt in terram.
Et anima mea illi viuet: et semē
meum seruiet ipsi. Annunciabitur do
mino generatio ventura. et annun
ciabunt celi iusticiam eius. populo
qui nascetur quem fecit dominus.

Dominus regit me et nichil m
deerit: in loco pascue ibi me
collocauit. Super aquam refectio
nis educauit me: animam meam cō
uertit. Deduxit me super semitas iu
sticie: propter nomen suum. Nam
et si ambulauero in medio umbre
mortis: non timebo mala quoniam
tu mecum es. Uirga tua et baculus
tuus: ipsa me consolata sunt. Para
sti in conspectu meo mensam: aduer
sus eos qui tribulant me. Impin
guasti in oleo caput meum: et calix
meus inebrians quam preclarus est
Et misericordia tua subsequetur
me: omnibus diebus vite mee. Et
ut inhabitem in domo domini: in lō
gitudinē dierum.

Domini est terra et plenitudo
eius: orbis terrarum et uni
uersi qui habitant in eo. Quia ipse
super maria fundauit eum: et super

flumina preparauit eum. Quis aſcē
det in montem domini: aut quis ſta
bit in loco ſancto eius. Innocens
manibus et mundo corde: qui non ac
cepit in vano animam ſuam. nec iu
rauit in dolo proximo ſuo. Hic ac
cipiet benedictionem a domino: et mi
ſericordiam a deo ſalutari ſuo. Hec
eſt generatio querentium eum: que
rentium faciem dei iacob. Attolli
te portas principes veſtras: et eleua
mini porte eternales et introibit rex
glorie. Quis eſt iſte rex glorie: do
minus fortis et potens. dominus po
tens in prelio. Attollite portas prī
cipes veſtras: et eleuamini porte eter
nales et introibit rex glorie. Quis
eſt iſte rex glorie: dominus virtutum
ipſe eſt rex glorie.

Ad te domine leuaui animā
meam: deus meus in te con
fido non erubeſcam. Neque irrideant

me inimici mei: etenim uniuerſi q̄
ſuſtinent te non confundentur. Cō
fundantur omnes iniqua agentes
ſuperuacue. Vias tuas domine
demonſtra michi et ſemitas tuas e
doce me. Dirige me in veritate tua
et doce me: quia tu es deus ſaluator
meus et te ſuſtinui tota die. Remi
niſcere miſerationum tuarum dñe:
et miſericordiarum tuarum que a
ſeculo ſunt. Delicta iuuentutis
mee et ignorancias meas: ne me
mineris. Secundum miſericor
diam tuam memento mei tu prop
ter bonitatem tuam domine. Dul
cis et rectus dominus: propter hoc
legem dabit delinquentibus in via.
Diriget manſuetos in iudicio: do
cebit mites vias ſuas. Uniuerſe
vie domini miſericordia et veritas:
requirentibus teſtamentum eius et
teſtimonia eius. Propter nomen

tuum domine propiciaberis peccato
meo: multum eſt enim. Quis eſt
homo qui timet dominum: legem
ſtatuit ei in via quam elegit. Ani-
ma eius in bonis demorabitur: et ſe-
men eius hereditabit terram. Fir-
mamentum eſt dominus omnibus
timentibus eum: et teſtamentum ip-
ſius ut manifeſtetur illis. Oculi
mei ſemper ad dominum: quoniam
ipſe euellet de laqueo pedes meos.
Reſpice in me et miſerere mei: quia
vnicus et pauper ſum ego. Tribu-
lationes cordis mei multiplicate ſũt:
de neceſſitatibz meis erue me. Vide
humilitatem meam et laborem meũ:
et dimitte vniuerſa delicta mea.
Reſpice inimicos meos quoniam
multiplicati ſunt: et odio iniquo ode-
runt me. Cuſtodi animam meam
et erue me: non erubeſcam quoniam
ſperaui in te. Innocentes et recti

adheſerunt michi: quia ſuſtinui te
Libera deus iſrael: ex omnibus
tribulationibus ſuis.
Judica me domine quoniam
ego in innocencia mea in-
greſſus ſum: et in domino ſperans
non infirmabor. Proba me domine
et tempta me: ure renes meos et cor
meum. Quoniam miſericordia
tua ante oculos meos eſt: et compla-
cui in veritate tua. Non ſedi cum cō-
ſilio vanitatis: et cum iniqua geren-
tibus non introibo. Odivi eccleſiā
malignantium: et cum impiis nō
ſedebo. Lavabo inter innocentes
manus meas: et circumdabo altare
tuum domine. Ut audiam vocē
laudis tue: et enarrem univerſa mi-
rabilia tua. Domine dilexi deco-
rem domus tue: et locum habitatio-
nis glorie tue. Ne perdas cum im-
piis deus animam meam: et cum vi

ris ſanguinum vitam meam. In
quorum manibus iniquitates ſūt:
dextera eorum repleta eſt muneribꝫ
Ego autem in innocencia mea
ingreſſus ſum: redime me et miſe
rere mei. Pes meus ſtetit in direc
to: in eccleſiis benedicam te domine.



Dominus illuminatio mea et salus mea: quem timebo. Dominus protector vite mee: a quo trepidabo. Dum appropiant super me nocentes: ut

edant carnes meas. Qui tribulāt
me inimici mei: ipſi infirmati ſunt
et ceciderunt. Si conſiſtant aduer
ſum me caſtra: non timebit cor meū
Si exurgat aduerſum me preliū:
in hoc ego ſperabo. Unam petii a
domino hanc requiram: ut inhabi
tem in domo domini omnibus die
bus vite mee. Ut videam volunta
tem domini: et viſitem templum
eius. Quoniam abſcondit me in ta
bernaculo ſuo in die malorum: pro
texit me in abſcondito tabernaculi
ſui. In petra exaltauit me. et nūc
exaltauit caput meum ſuper inimi
cos meos. Circuiui et immolaui
in tabernaculo eius hoſtiam vocife
rationis: cantabo et pſalmum dicā
domino. Exaudi domine vocem
meam qua clamaui ad te: miſere
re mei et exaudi me. Tibi dixit cor
meum exquiſiuit te facies mea: faciē

tuam domine requiram. Ne auer
tas faciem tuam a me: ne declines in
ira a ſeruo tuo. Adiutor meus eſto.
domine ne derelinquas me: neque deſpi
cias me deus ſalutaris meus. Quoni
am pater meus et mater mea dereli
querunt me: dominus autem aſſump
ſit me. Legem pone michi domine
in via tua: et dirige me in ſemita rec
ta propter inimicos meos. Ne tra
dideris me in animas tribulantium
me: quoniam inſurrexerunt in me
teſtes iniqui et mentita eſt iniquitas
ſibi. Credo videre bona domini: in
terra viuentium. Expecta dominum
viriliter age: et confortetur cor tuum
et ſuſtine dominum.

Ad te domine clamabo deus
meus ne ſileas a me. ne quan
do taceas a me: et aſſimilabor deſcen
dentibus in lacum. Exaudi domi
ne vocem deprecationis mee dum oro

ad te: dum extollo manus meas ad
templum sanctum tuum. Ne simul
tradas me cum peccatoribus: et cum
operantibus iniquitatem ne perdas
me. Qui loquuntur pacem cum pro
ximo suo: mala autem in cordibus eo
rum. Da illis secundum opera eorū:
et secundum nequiciam adinventio
num ipsorum. Secundum opera
manuum eorum tribue illis: redde re
tributionem eorum ipsis. Quoniā
non intellexerunt opera domini: et in
opera manuum eius destrues illos et nō
edificabis eos. Benedictus dominus:
quoniam exaudivit vocem deprecatio
nis mee. Dominus adiutor meus
et protector meus: et in ipso speravit
cor meum et adiutus sum. Et reflo
ruit caro mea: et ex voluntate mea cō
fitebor ei. Dominus fortitudo plebis
sue: et protector salvationum xpristi
sui est. Salvum fac populum tuū

domine et benedic hereditati tue : et rege
eos et extolle illos usque in eternum .
Afferte domino filii dei : afferte
domino filios arietum Af
ferte domino gloriam et honorem affer
te domino gloriam nomini eius : ado
rate dominum in atrio sancto eius Vox
domini super aquas deus maiestatis
intonuit : dominus super aquas mul
tas Vox domini in virtute : vox do
mini in magnificencia Vox domi
ni confringentis cedros : et confringet
dominus cedros libani Et commi
nuet eos tanquam vitulum lybani : et
dilectus quemadmodum filius unicor
nium Vox domini intercidentis
flammam ignis vox domini concuci
entis desertum : et commovebit domi
nus desertum cades Vox domini pre
parantis cervos et revelabit condensa :
et in templo eius omnes dicent gloriam
Dominus diluuium inhabitare

facit: et sedebit dominus rex in eternum
Dominus virtutem populo suo da
bit: dominus benedicet populo suo in
pace.
Exaltabo te domine quoniam su
scepisti me: nec delectasti inimi
cos meos super me. Dñe deus meus
clamaui ad te: et sanasti me. Dñe
eduxisti ab inferno animam meam:
saluasti me a descendentibus in lacum.
Psallite domino sancti eius: et con
fitemini memorie sanctitatis eius.
Quoniam ira in indignatione eius:
et vita in voluntate eius. Ad vespe
rum demorabitur fletus: et ad matuti
num leticia. Ego autem dixi in ha
bundancia mea: non mouebor in e
ternum. Domine in voluntate tua
prestitisti decori meo virtutem. Auer
tisti faciem tuam a me: et factus sum
conturbatus. Ad te domine clama
bo: et ad deum meum deprecabor.

Que utilitas in ſanguine meo : dum
deſcendo in corruptionem. Numquid
confitebitur tibi pulvis : aut annun
ciabit veritatem tuam. Audivit do
minus et miſertus eſt mei : dominus
factus eſt adiutor meus. Converti
ſti planctum meum in gaudium michi :
et concidiſti ſaccum meum et circumde
diſti me leticia. Ut cantet tibi gloria
mea et non compungar : domine de
us meus in eternum confitebor tibi.

In te domine ſperavi non con
fundar in eternum : in iuſti
cia tua libera me. Inclina ad me
aurem tuam : accelera ut eruas me.
Eſto michi in deum protectorem et
in domum refugii : ut ſalvum me fa
cias. Quoniam fortitudo mea et re
fugium meum es tu : et propter nomen
tuum deduces me et enutries me.
Educes me de laqueo quem abſ
conderunt michi : quoniam tu es

protector

protector meus. In manus tuas
commendo ſpiritum meum: redemi
ſti me domine deus veritatis. Odiſ
ti obſeruantes uanitates: ſuperua
cue. Ego autem in domino ſperaui:
exultabo et letabor in miſericordia tua.
Quoniam reſpexiſti humilitatem
meam: ſaluaſti de neceſſitatibus ani
mam meam. Nec concluſiſti me
in manibus inimici: ſtatuiſti in lo
co ſpacioſo pedes meos. Miſerere mei
domine quoniam tribulor: contur
batus eſt in ira oculus meus: anima
mea et venter meus. Quoniam de
fecit in dolore vita mea: et anni mei
in gemitibus. Infirmata eſt in
paupertate virtus mea: et oſſa mea
conturbata ſunt. Super omnes ini
micos meos factus ſum obprobrium
vicinis meis valde: et timor notis
meis. Qui videbant me foras fuge
runt a me: obliuioni datus ſum.

tanquam mortuus a corde Factus
ſum tanquam vas perditum: quoni
am audiui vituperationem multorũ
commorantium in circuitu In eo
dum conuenirent ſimul aduerſum
me: accipere animam meam conſili
ati ſunt Ego autem in te ſperaui
domine: dixi deus meus es tu in mani
bus tuis ſortes mee Eripe me de-
manu inimicorum meorum: et a per
ſequentibus me Illuſtra faciem
tuam ſuper ſeruum tuum. ſaluum
me fac in miſericordia tua domine:
non confundar quoniam inuocaui
te Erubeſcant impii et deducantur
in infernum: muta fiant labia dolo
ſa Que loquuntur aduerſus iuſtũ
iniquitatem: in ſuperbia et in abuſi
one Quam magna multitudo dul
cedinis tue domine: quam abſcon
diſti timentibus te Perfeciſti eis q̃
ſperant in te: in conſpectu filiorum-

hominum. Abscondes eos in absco
dito faciei tue : a conturbatione homi
num. Proteges eos in tabernaculo
tuo : a contradictione linguarum.
Benedictus dominus : quoniam
mirificauit misericordiam suã michi
in ciuitate munita. Ego autem di
xi in excessu mentis mee : proiectus
sum a facie oculorum tuorũ. Ideo
exaudisti vocem orationis mee : dum
clamarem ad te. Diligite dominũ
omnes sancti eius quoniam veritatẽ
requiret dominus : et retribuet habũ
danter facientibus superbiam. Vi
riliter agite et confortetur cor vestrum :
omnes qui speratis in domino.
Beati quorum remisse sunt in
iquitates : et quorum tecta sũt
peccata. Beatus vir cui non impu
tauit dominus peccatum : nec est in
spiritu eius dolus. Quoniam tacui
inueterauerunt ossa mea : dum cla

marem tota die. Quoniam die ac
nocte grauata eſt ſuper me manus tu
a: conuerſus ſum in erumpna mea
dum confringitur ſpina. Delictum
meum cognitum tibi feci: et iniuſticiam
am meam non abſcondi. Dixi con
fitebor aduerſum me iniuſticiam me
am domino: et tu remiſiſti impieta
tem peccati mei. Pro hac orabit ad
te omnis ſanctus: in tempore opor
tuno. Verumptamen in diluuio
aquarum multarum: ad eum non
approximabunt. Tu es refugium
meum a tribulatione que circumdedit
me: exultatio mea erue me a circumdā
tibus me. Intellectum tibi dabo et in
ſtruam te in via hac qua gradieris:
firmabo ſuper te oculos meos. Nolite
fieri ſicut equus et mulus: quibus nō
eſt intellectus. In chamo et freno
maxillas eorum conſtringe: qui non
approximant ad te. Multa flagella

peccatoris : sperantem autem in domi
no misericordia circumdabit Letami
ni in domino et exultate iusti : et
gloriamini omnes recti corde.
Exultate iusti in domino : rectos
decet collaudatio Confite
mini domino in cythara : in psalterio
decem cordarum psallite illi Can
tate ei canticum nouum : bene psal
lite ei in vociferatione Quia rectum
est verbum domini : et omnia opera
eius in fide Diligit misericordiam
et iudicium : misericordia domini
plena est terra Verbo domini celi
firmati sunt : et spiritu oris eius om
nis virtus eorum Congregans si
cut in vtre aquas maris : ponens in
thesauris abissos Timeat dominum
omnis terra : ab eo autem commo
ueantur omnes inhabitantes orbem
Quoniam ipse dixit et facta sunt :
ipse mandauit et creata sunt Dominus

diſſipat conſilia gentium · reprobat
autem cogitationes populorum : et
reprobat conſilia principum. Con
ſilium autem domini in eternum ma
net : cogitationes cordis eius in gene
ratione et generationem. Beata
gens cuius eſt dominus deus eius : po
pulus quem elegit in hereditatē ſibi
De celo reſpexit dominus : vidit
omnes filios hominum. De pre
parato habitaculo ſuo : reſpexit ſup
omnes qui habitant terram. Qui
finxit ſingillatim corda eorum :
qui intelligit omnia opera eorum
Non ſaluatur rex per multam
virtutem : et gygas non ſaluabitur
in multitudine virtutis ſue. Fal
lax equus ad ſalutem : in habundan
cia autem virtutis ſue non ſaluabitur
Ecce oculi domini ſuper metuentes
eum : et in eis qui ſperant ſuper miſeri
cordia eius. Ut eruat a morte animas

eorum : et alat eos in fame Anima no
stra sustinet dominum : quoniam adiu
tor et protector noster est Quia in eo le
tabitur cor nostrum : et in nomine sancto
eius sperauimus Fiat misericordi
a tua domine super nos : quemadmo
dum sperauimus in te
Benedicam dominum in omni tempo
re : semper laus eius in ore meo
In domino laudabitur anima mea :
audiant mansueti et letentur Mag
nificate dominum mecum : et exaltemus no
men eius in idipsum Exquisiui do
minum et exaudiuit me : et ex omni
bus tribulationibus meis eripuit me
Accedite ad eum et illuminamini :
et facies vestre non confundentur Iste
pauper clamauit et dominus exau
diuit eum : et ex omnibus tribulationi
bus eius saluauit eum Immittet
angelus domini in circuitu timenti
um eum : et eripiet eos Gustate et

videte quoniam ſuauis eſt dominus:
beatus vir qui ſperat in eo. Timete
dominum omnes ſancti eius: quoni
am non eſt inopia timentibus eum
Diuites eguerunt et eſurierunt:
inquirentes autem dominum non
minuentur omni bono. Venite fi
lii audite me: timorem domini doce
bo vos. Quis eſt homo qui vult vi
tam: diligit dies videre bonos. Pro
hibe linguam tuam a malo: et labia
tua ne loquantur dolum. Diuerte
a malo et fac bonum: inquire pacem
et perſequere eam. Oculi domini ſup
iuſtos: et aures eius ad preces eorum
Vultus autem domini ſuper faciē
tes mala: vt perdat de terra memoriā
eorum. Clamauerunt iuſti et domi
nus exaudiuit eos: et ex omnibus tri
bulationibus eorum liberauit eos.
Iuxta eſt dominus hiis qui tribula
to ſunt corde: et humiles ſpiritu ſalua

bit Multe tribulationes iuſtorum :
et de omnibus hijs liberauit eos domi
nus Cuſtodit dominus omnia oſ
ſa eorum : vnum ex hijs non conteretur
Mors peccatorum peſſima : et qui
oderunt iuſtum delinquent Redi
met dominus animas ſeruorum ſu
orum : et non delinquent omnes qui
ſperant in eo .
Iudica domine nocentes me : ex
pugna impugnantes me .
Apprehende arma et ſcutum : et ex
urge in adiutorium michi Effunde
frameam et conclude aduerſus eos qui
perſequuntur me : dic anime mee ſa
lus tua ego ſum Confundantur
et reuereantur : querentes animam
meam Auertantur retrorſum et con
fundantur cogitantes michi mala .
Fiant tanquam puluis ante fa
ciem venti : et angelus domini coartans
eos Fiat via illorum tenebre et lu

bricum : et angelus domini perſequens
eos. Quoniam gratis abſconderunt
michi interitum laquei ſui : ſuperua
cue exprobrauerunt animam meam.
Ueniat illi laqueus quem ignorat
et captio quam abſcondit appreſen
dat eum : et in laqueum cadat in idipm̄.
Anima autem mea exultabit in do
mino : et delectabitur ſuper ſalutari ſuo.
Omnia oſſa mea dicent : domine q̄s
ſimilis tui. Eripiens inopem de
manu fortiorum eius : egenum et pau
que uentura eſt. Potenciam tuam
et iuſticiam tuam deus uſqꝫ in altiſſi
ma que feciſti magnalia : deus quis
ſimilis tibi. Quantas oſtendiſti
michi tribulationes multas et ma
las . et conuerſus viuificaſti me . et de
abyſſis terre iterum reduxiſti me .
Multiplicaſti magnificenciā tuā

et conuerſus conſolatus es me. Nam
et ego confitebor tibi in vaſis pſalmi
veritatem tuam deus. pſallam tibi
in cythara ſanctus iſrael. Exulta
bunt labia mea cum cantauero tibi:
et anima mea quam redemiſti. Sed
et lingua mea tota die meditabitur
iuſticiam tuam: cum confuſi et reue
riti fuerint qui querunt mala michi.
Deus iudicium tuum regi da:
et iuſticiam tuam filio regis.
Iudicare populum tuum in iuſti
cia: et pauperes tuos in iudicio. Su
ſcipiant montes pacem populo: et col
les iuſticiam. Iudicabit pauperes
populi et ſaluos faciet filios pauperū.
et humiliabit calumpniatorem.
Et permanebit cum ſole et ante lu
nam: in generatione et generationē.
Deſcendet ſicut pluuia in vellus:
et ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper ter
ram. Orietur in diebus eius iuſti

cia : et habundancia pacis donec au
feratur luna. Et dominabitur a
mari usque ad mare : et a flumine us
que ad terminos orbis terrarum.
Coram illo procident ethyopes
et inimici eius terram lingent.
Reges tharsis et insule munera
offerent : reges arabum et saba dona
adducent. Et adorabunt eum om
nes reges : omnes gentes seruient ei.
Quia liberabit pauperem a poten
te : et pauperem cui non erat adiutor.
Parcet pauperi et inopi : et animas
pauperum saluas faciet. Ex usu
ris et iniquitate redimet animas
eorum : et honorabile nomen eorum
coram illo. Et uiuet et dabitur ei
de auro arabie : et adorabunt de ipso
semper : tota die benedicent ei. Erit
firmamentum in terra in summis
montium : superextolletur super li
banum fructus eius : et florebunt de

ciuitate ſicut fenũ tre. Sit nomen
eius benedictum in ſecula : ante ſolem
permanet nomen eius. Et benedi
centur in ipſo omnes tribus terre :
omnes gentes magnificabunt eum
Benedictus dominus deus iſrael
qui facit mirabilia ſolus. Et be
nedictum nomen maieſtatis eius i
eternum : et replebitur maieſtate eius
omnis terra fiat fiat

Quam bonus iſrael deus : his
qui recto ſunt corde. Mei
autem pene moti ſunt pedes : pene
effuſi ſunt greſſus mei. Quia ze
laui ſuper iniquos : pacem peccato
rum uidens. Quia non eſt reſpectus
morti eorum : et firmamentum in
plaga eorum. In labore hominũ
non ſunt : et cum hominibus non
flagellabuntur. Ideo tenuit eos
ſuperbia : operti ſunt iniquitate et
impietate ſua. Prodijt quaſi ex

adipe iniquitas eorum: tranſierūt
in affectum cordis. Cogitauerūt
et locuti ſunt nequiciam: iniquita
tem in excelſo locuti ſunt. Poſue
runt in celum os ſuum: et lingua
eorum tranſiuit in terra. Ideo cō
uertetur populus meus hic: et dies
pleni inuenientur in eis. Et di
xerunt quomodo ſcit deus: et ſi eſt
ſciencia in excelſo. Ecce ipſi pecca
tores et habundantes in ſeculo: obti
nuerunt diuitias. Et dixi ergo
ſine cauſa iuſtificaui cor meum: et
laui inter innocentes manus meas
Et fui flagellatus tota die: et
caſtigatio mea in matutinis. Si
dicebam narrabo ſic: ecce nationem
filiorum tuorum reprobaui. Exi
ſtimabam ut cognoſcerem: hoc labor
eſt ante me. Donec intrem in ſa
ctuarium dei: et intelligam in no
uiſſimis eorum. Uerumptamen

propter dolos posuisti eis : deiecisti
eos dum alleuarentur Quomo
do facti sunt in desolationem : subi
to defecerunt perierunt propter ini
quitatem suam Velut sompniū
surgentium : domine in ciuitate
tua ymaginem ipsorum ad nichi
lum rediges Quia inflammatū
est cor meum et renes mei commu
tati sunt : et ego ad nichilum redi
ctus sum et nesciui Ut iumentū
factus sum apud te : et ego semper
tecum Tenuisti manum dexterā
meam et in voluntate tua deduxi
sti me : et cum gloria suscepisti me
Quid enim michi est in celo : et a
te quid volui super terram Defe
cit caro mea et cor meum . deus cor
dis mei et pars mea deus ineternū
Quia ecce qui elongant se a te
peribunt : perdidisti omnes qui for
nicantur abs te Michi autem

adherere deo bonum eſt : ponere in
domino deo ſpem meam Ut an
nunciem omnes predicationes tu
as : in portis filie ſyon
Ut quid deus repuliſti in fi
nem : iratus eſt furor tuus
ſuper oves paſcue tue Memor eſto
congregationis tue : quam poſſe
diſti ab inicio Redemiſti virgã
hereditatis tue : mons ſyon in quo
habitaſti in eo Leva manus tu
as in ſuperbias eorum in finem :
quanta malignatus eſt inimicus
in ſancto Et gloriati ſunt qui
oderunt te : in medio ſolennitatis
tue Poſuerunt ſigna ſua ſigna
et non cognoverunt ſicut in exitu ſu
per ſummum Quaſi in ſilva lig
norum ſecuribus exciderunt ianuas
eius in idipſum : in ſecuri et aſcia de
iecerunt eam Incenderunt igni
ſanctuarium tuum : in terra pollue

runt tabernaculum nominis tui
Dixerunt in corde ſuo cognatio eo
rum ſimul: quieſcere faciamus om
nes dies feſtos dei a terra Signa
noſtra non vidimus iam non eſt
propheta: et nos non cognoſcet am
plius Uſquequo deus impropera
bit inimicus irritat aduerſarius
nomen tuum in finem Ut quid
auertis manum tuam et dexterā
tuam: de medio ſinu tuo in finem
Deus autem rex noſter ante ſecu
la: operatus eſt ſalutem in medio
terre Tu confirmaſti in virtute
tua mare: contribulaſti capita dra
conum in aquis Tu confregiſti
capita draconis: dediſti eā eſcam po
pulis ethiopum Tu dirupiſti fō
tes et torrentes: tu ſiccaſti fluuios
ethan Tuus eſt dies et tua eſt nox
tu fabricatus es auroram et ſolem.
Tu feciſti omnes terminos terre

eſtatem et ver tu plaſmaſti ea. Me
mor eſto huius inimicus imprope
rauit domino. et populus inſipiẽs
incitauit nomen tuum. Ne tradas
beſtiis animas confitentes tibi: et
animas pauperum tuorum ne obli
uiſcaris in finem. Reſpice in teſta
mentum tuum: quia repleti ſunt qui
obſcurati ſunt terre domibus iniqui
tatum. Ne auertatur humilis fac
tus confuſus: pauper et inops lauda
bunt nomen tuum. Exurge deus
iudica cauſam tuam: memor eſto im
properiorum tuorum eorum que ab
inſipiente ſunt tota die. Ne obliui
ſcaris voces inimicorum tuorum:
ſuperbia eorum qui te oderunt aſcen
dit ſemper

Confitebimur tibi deus: confi
tebimur et inuocabimus
nomen tuum. Narrabimus mi
rabilia tua: cum accepero tempus

ego iuſticias iudicabo. Liquefa
cta eſt terra et omnes qui habitant in
ea: ego confirmaui columpnas eius.
Dixi iniquis nolite inique agere:
et delinquentibus nolite exaltare cor
nu. Nolite extollere in altum cor
nu veſtrum: nolite loqui aduerſus
deum iniquitatem. Quia neque ab
oriente neque ab occidente neque a deſer
tis montibus: quoniam deus iu
dex eſt. Hunc humiliat et hunc ex
altat: quia calix in manu domini
vini meri plenus mixto. Et incli
nauit ex hoc in hoc. verumptamen fex
eius non eſt exinanita. bibent om
nes peccatores terre. Ego autem
annunciabo in ſeculum: cantabo deo
iacob. Et omnia cornua peccato
rum confringam: et exaltabuntur
cornua iuſti.

Notus in iudea deus: in iſrael
magnum nomen eius.

Et factus est in pace locus eius
et habitatio eius in syon Ibi con
confregit potencias : arcuum scutum
gladium et bellum Illuminans
tu mirabiliter a montibus eternis
turbati sunt omnes insipientes cor
de Dormierunt sompnum suum
et nichil inuenerunt omnes viri di
uitiarum in manibus suis Ab
increpatione tua deus iacob : dormi
tauerunt qui ascenderunt equos.
Tu terribilis es et quis resistet tibi ex
tunc ira tua De celo auditum fecisti
iudiciũ : tra tremuit et quieuit Cũ ex
urgeret in iudicio deus : ut saluos faceret
oĩs mãsuetos terre Qm̃ cogitatio hoĩs
confitebitur tibi : et reliquie cogitationis
diem festũ agent tibi Vouete et red
dite dño deo vestro : oẽs qui in circuitu ei⁹
affertis munera Terribili et ei qui
aufert spiritum principum terribili
apud reges terre.

Voce mea ad dnm clamaui: voce mea
ad deū et intēdit michi. In die tri
bulatōis mee deū exq̄siui manibꝫ meis
nocte cōtra eū et non sū deceptus. Renu
it consolari aīa mea memor fui dei et delec
tatus sū et exercitatus sū et defecit spūs
meus. Anticipauerūt vigilias oculi
mei turbatus sū & non sū locutus. Cogi
taui dies āntiquos et ānos eternos in mēte
habui. Et meditatus sū nocte cū corde
meo et exercitabar et scopebā spm meum
Numquid ineternū proiciet deus aut nō
apponet ut cōplacitior sit adhuc. Aut
in finē miam suā abscidet a generatōe ī
generatione. Aut obliuiscetur misere
ri deus aut cōtinebit in ira sua misericor
dias suas. Et dixi nūc cepi hec mutatio
dextre excelsi. Memor fui operū dnī quia
memor ero ab initio mirabilium tuorū
Et meditabor in oībus operibus tuis et
in adinuētionibꝫ tuis exercebor. Deus
in scō via tua q̄s deus magnus sic deus

noſter tu es deus qui facis mirabilia.
Notam feciſti in populis virtutem
tuam. redemiſti in brachio tuo populū
tuum filios iacob et ioſeph Viderūt
te aque deus viderunt te aque. et timu
erunt et turbate ſunt abyſſi Multi
tudo ſonitus aquarum vocem dederunt
nubes Etenim ſagitte tue tranſeūt
Vox tonitrui tui in rota Alluxerunt
coruſcationes tue orbi terre commota
eſt et contremuit terra In mari via
tua et ſemite tue in aquis multis: et
veſtigia tua non cognoſcentur Dedu
xiſti ſicut oues populū tuum in manu
moyſi et aaron.

Attendite pp̄le meus legē meā incli
nate aurem vřām in verba oris
mei Aperiā in parabolis os meū loquar
ppoſitiones ab initio Quanta audiui
mus et cognouimus ea et patres nři nar
rauerunt nobis Non ſunt occultata a
filiis eor ĩ generatione altera Narrātes

laudes domini et uirtutes eius: et
mirabilia eius que fecit Et susci
tauit testimonium in iacob: et legē
posuit in israel Quanta manda
uit patribus nostris nota facere ea
filiis suis: ut cognoscat generatio al
tera Filii qui nascentur et exur
gent: et enarrabunt filiis suis Ut
ponant in deo spem suam et non obli
uiscantur operum dei: et mandata
eius exquirant Ne fiant sicut pa
tres eorum: generatio praua et
exasperans Generatio que non
direxit cor suum: et non est creditus
cum deo spiritus eius Filii effrē
intendentes et mittentes arcum: co
uersi sunt in die belli Non custodi
erunt testamentum dei: et in lege eiꝰ
noluerunt ambulare Et obliti
sunt benefactorum eius: et mirabi
lium eius que ostendit eis Corā
patribus eorum fecit mirabilia in

terra egypti in campo taneos.
Interrupit mare et perduxit eos
et ſtatuit aquas quaſi in vtre.
Et deduxit eos in nube diei: et to
ta nocte in illuminatione ignis.
Interrupit petram in heremo: et
adaquauit eos velut in abyſſo mul
ta Et eduxit aquam de petra: et
deduxit tanquam flumina aquas
Et appoſuerunt adhuc peccare
ei: in ira excitauerunt excelſum in
inaquoſo Et temptauerunt dm̄
in cordibus ſuis: ut peterent eſcas
animabus ſuis Et male locuti
ſunt de deo: dixerunt nūquid pote
rit deus parare menſam in deſerto
Quoniam percuſſit petram et
fluxerunt aque: et torrentes inun
dauerunt Nūquid et panem po
terit dare: aut parare menſam po
pulo ſuo Ideo audiuit dominus
et diſtulit et ignis accenſus eſt in ia

iacob: et ira aſcendit in iſrael ·
Quia non crediderunt in deo: nec
ſperauerunt in ſalutari eius. Et
mandauit nubibus deſuper: et ia
nuas celi aperuit. Et pluit illis
manna ad manducandum: et pa
nem celi dedit eis. Panem angelo
rum manducauit homo: cibaria
miſit eis in habundancia. Trāſ
tulit auſtrum de celo: et induxit in
virtute ſua affricum. Et pluit
ſuper eos ſicut puluerem carnes: et
ſicut arenam maris volatilia pen
nata. Et ceciderunt in medio ca
ſtrorum eorum: circa tabernacula
eorum. Et manducauerunt et
ſaturati ſunt nimis et deſiderium
eorum attulit eis: non ſunt frau
dati a deſiderio ſuo. Adhuc eſce
eorum erant in ore ipſorum: et ira
dei aſcendit ſuper eos. Et occidit
pingues eorum: et electos iſrael

impediuit. In omnibus hijs
peccauerunt adhuc : et non credi
derunt in mirabilibus eius.
Et defecerunt in uanitate dies
eorum : et anni eorum cum feſtina
tione. Cum occideret eos querebāt
eum : et reuertebantur et diluculo ue
niebant ad eum. Et rememorati
ſunt quia deus adiutor eſt eorum : et
deus excelſus redemptor eorū eſt.
Et dilexerunt eum in ore ſuo : et
lingua ſua mentiti ſunt ei. Cor
autem eorum non erat rectum cum eo :
nec fideles habiti ſunt in teſtamento
eius. Ipſe autem eſt miſericors et
propicius fiet peccatis eorum : et non
diſperdet eos. Et habundauit ut a
uerteret iram ſuam : et non accendit
omnem iram ſuam. Et recordatus
eſt quia caro ſunt : ſpiritus uadens et
non rediens. Quotiens exacerbaue
runt eum in deſerto : in ira concitaue

runt eum in inaquoſo Et conuer
ſi ſunt et temptauerunt deum: et ſa
ctum iſrael exacerbauerunt Non
ſunt recordati manus eius: die qua
redemit eos de manu tribulantis.
Sicut poſuit in egypto ſigna ſua
et prodigia ſua in campo taneos.
Et conuertit in ſanguinē flumi
na eorum: et ymbres eorum ne bibe
rent Miſit in eos cynomiam et co
medit eos: et ranam et diſperdidit eos
Et dedit erugini fructus eorum: et
labores eorum locuſte Et occidit in
grandine vineas eorum: et moros
eorum in pruina Et tradidit grā
dini iumenta eorum: et poſſeſſionē
eorum igni Miſit in eos iram indi
gnationis ſue: indignationem et
iram et tribulationem: immiſſiones
per angelos malos Viam fecit
ſemite ire ſue. et non pepercit a mor
te animarum eorum: et iumenta

eorum in morte concluſit Et per
cuſſit omne primogenitum in terra
egipti : primicias omnis laboris eo
rum in tabernaculis cham Et abſ
tulit ſicut oues populum ſuum : et
perduxit eos tanquam gregem in de
ſerto Et deduxit eos in ſpe et non ti
muerunt : et inimicos eorum operu
it mare Et induxit eos in montem
ſanctificationis ſue : montem quem
acquiſiuit dextera eius Et eiecit
a facie eorum gentes : et ſorte diuiſit
eis terram in funiculo diſtributionis
Et habitare fecit in tabernaculis
eorum : tribus iſrael Et tempta
uerunt et exacerbauerunt deum ex
celſum : et teſtimonia eius non cuſto
dierunt Et auerterunt ſe et non
ſeruauerunt pactum : quemadmo
dum patres eorum conuerſi ſunt
in arcum prauum In ira conci
tauerunt eum in collibus ſuis : et

in ſculptilibꝫ ſuis ad emulationem
eum prouocauerunt Audiuit
deus et ſpreuit : et ad nichilum rede
git ualde iſrael Et repulit taber
naculum ſylo : tabernaculum ſu
um vbi habitauit in hominibus.
Et tradidit in captiuitatem vir
tutem eorum : et pulchritudinem
eorum in manus inimici Et cõ
cluſit in gladio populum ſuum : et
hereditatem ſuam ſpreuit Iuue
nes eorum comedit ignis : et virgi
nes eorum non ſunt lamentate.
Sacerdotes eorum in gladio ceci
derunt : et vidue eorum non plora
bantur Et excitatus eſt tanquã
dormiens dominus : tanquam po
tens crapulatus a vino Et per
cuſſit inimicos ſuos in poſteriora
opprobrium ſempiternum dedit il
lis Et repulit tabernaculum io
ſeph : et tribum effrem non elegit

Sed elegit tribum iuda : montem
ſyon quem dilexit Et edificauit
ſicut vnicornis ſacrificium ſuum :
in terra quam fundauit in ſecula .
Et elegit dauid ſeruum ſuum et
ſuſtulit eum de gregibus ouium : de
poſt fetantes accepit eum Paſcere
iacob ſeruum ſuum : et iſrael heredi
tatem ſuam Et pauit eos in inno
cencia cordis ſui : et intellectibus ma
nuum ſuarum deduxit eos

Deus venerunt gentes in here
ditatem tuam : polluerunt
templum ſanctum tuum . poſuerũt
iheruſalem in pomorum cuſtodiam
Poſuerunt morticina ſeruorum
tuorum eſcas volatilibus celi : car
nes ſanctorum tuorum beſtiis terre
Effuderunt ſanguinem eorum
tanquam aquam in circuitu iheru
ſalem : et non erat qui ſepeliret .
Facti ſumus opprobrium vicinis

noſtris

noſtris : ſubſannatio et illuſio his
qui in circuitu noſtro ſunt Uſque
quo domine iraſceris in finem : ac
cendetur velut ignis zelus tuus Ef
funde iram tuam in gentes que te nõ
nouerunt : et in regna que nomen
tuum non inuocauerunt Quia
comederunt iacob : et locum eius deſo
lauerunt Ne memineris iniqui
tatum noſtrarum antiquarum cito
anticipent nos miſericordie tue : q̃a
pauperes facti ſumus nimis Ad
iuua nos deus ſalutaris noſter. et
propter gloriam nominis tui dñe
libera nos : et propicius eſto peccatis
noſtris propter nomen tuum Ne
forte dicant in gentibus ubi eſt deus
eorum : et innoteſcat in nationibus
coram oculis noſtris Ultio ſangui
nis ſeruorum tuorum qui effuſus
eſt. introeat in conſpectu tuo gemi
tus compeditorum Secundum

magnitudinem brachii tui : poſſide
filios mortificatorum. Et redde
vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu
eorum : improperium ipſorum quod
exprobraverunt tibi domine. Nos
autem populus tuus et oves paſcue
tue : confitebimur tibi in ſeculum
In generatione et generationem :
annunciabimus laudem tuam.
Qui regis iſrael intende : qui
deducis velut ovem ioſeph
Qui ſedes ſuper cherubin . manife
ſtare coram effraim beniamin et ma
naſſe. Excita potenciam tuam et
veni : ut ſalvos facias nos. Deus
virtutum converte nos : et oſtende
faciem tuam et ſalvi erimus. Do
mine deus virtutum : quouſque ira
ſceris ſuper orationem ſervi tui
Cibabis nos pane lacrimarum :
et potum dabis nobis in lachrimis
in menſura. Poſuiſti nos in con

tradicionem vicinis noſtris : et in
imici noſtri ſubſannauerunt nos
Deus virtutum conuerte nos : et
oſtende faciem tuam et ſalui erimus
Vineam de egypto tranſtuliſti : eie
ciſti gentes et plantaſti eam Dux iti
neris fuiſti in conſpectu eius : et plan
taſti radices eius et impleuit terram
Operuit montes vmbra eius : et ar
buſta eius cedros dei Extendit pal
mites ſuos vſque ad mare : et uſque ad
flumen propagines eius Ut quid
deſtruxiſti maceriam eius : et vinde
miant eam omnes qui pretergredi
untur viam Exterminauit eam
aper de ſilua : et ſingularis ferus de
paſtus eſt eam Deus virtutum
conuertere reſpice de celo : et vide et vi
ſita vineam iſtam Et perfice eam
quam plantauit dextera tua : et ſup
filium hominis quem confirmaſti
tibi Incenſa igni et ſuffoſſa : ab

increpatione vultus tui peribunt
Fiat manus tua ſuper virum
dextere tue : et ſuper filium hominis
quem confirmaſti tibi Et non
diſcedimus a te vivificabis nos : et
nomen tuum invocabimus Do
mine deus virtutum converte nos
et oſtende faciem tuam et ſalui eri
mus .



Exultate deo adiutori nro
iubilate deo iacob Su
mite pſalmum et date
tympanum : pſalteriū
iocundum cum cythara
Buccinate in neomenia tuba : in

LXXXI Psal

insigni die solemnitatis vestre. Quia
preceptum in israel est: et iudicium
deo iacob. Testimonium in ioseph
posuit illud cum exiret de terra egypti
linguam quam non noverat audi
vit. Divertit ab oneribus dorsum
eius: manus eius in cophino servie
runt. In tribulatione invocasti
me et liberavi te: exaudivi te in abs
condito tempestatis. probavi te apud
aquam contradictionis. Audi po
pulus meus et contestabor te israel:
si audieris me non erit in te deus re
cens: neque adorabis deum alienum.
Ego enim sum dominus deus
tuus qui eduxi te de terra egypti: di
lata os tuum et implebo illud. Et
non audivit populus meus vocem
meam: et israel non intendit michi
Et dimisi eos secundum desideria
cordis eorum: ibunt in adinventio
nibus suis. Si populus meus.

audiſſet me : iſrael ſi in viis meis
ambulaſſet. Pro nichilo forſitā
inimicos eorum humiliaſſem : et
ſuper tribulantes eos miſiſſem ma
num meam. Inimici domini mē
titi ſunt ei : et erit tempus eorum in
ſecula. Et cibauit eos ex adipe fru
menti : et de petra melle ſaturauit
eos.

Deus ſtetit in ſynagoga deorum :
in medio autem deos diiu
dicat. Uſquequo iudicatis iniq̄
tatem : et facies peccatorum ſumitis.
Iudicate egeno et pupillo : hu
milem et pauperem iuſtificate. Eri
pite pauperem et egenum de manu
peccatoris liberate. Neſcierunt ne
q3 intellexerunt in tenebris ambulāt
mouebuntur omnia fundamenta
terre. Ego dixi dii eſtis : et filii excel
ſi omnes. Vos autem ſicut homi
nes moriemini : et ſicut unus de prī

cipibus cadentes Surge deus iudica
terram : quoniam tu hereditabis in
omnibus gentibus

Deus quis ſimilis erit tibi : ne
taceas neque compeſcaris deus
Quoniam ecce inimici tui ſonue
runt : et qui oderunt te extulerunt ca
put Super populum tuum ma
lignauerunt conſilium : et cogitaue
runt aduerſus ſanctos tuos Dixe
runt venite et diſperdamus eos de gen
te : et non memoretur nomen iſrael
vltra Quoniam cogitauerunt vna
nimiter . ſimul aduerſus te teſtamē
tum diſpoſuerunt tabernacula ydu
meorum et iſmaelite Moab et ag
gareni gebal et amon et amalech . alie
nigene cum habitantibus tyrum .
Etenim aſſur venit cum illis :
facti ſunt in adiutorium filiis loth
Fac illis ſicut madian et ſyſare :
ſicut iabin in torrente cyſon Diſpe

rierunt in endor : facti ſunt ut ſtercus
terre Pone principes eorum : ſicut
oreb et zeb et zebee et ſalmana Om
nes principes eorum : qui dixerunt he
reditate poſſideamus ſanctuarium
dei Deus meus pone illos ut rotā
et ſicut ſtipulam ante faciem venti
Sicut ignis qui comburit ſilvam
et ſicut flamma comburens mōtes
Ita perſequeris illos in tempeſta
te tua : et in ira tua turbabis eos .
Imple facies eorum ignominia :
et querent nomen tuum domine .
Erubeſcant et conturbentur in ſe
culum ſeculi : et confundantur et pe
reant Et cognoſcant quia nomen
tibi dominus : tu ſolus altiſſimus
in omni terra .
Quam dilecta tabernacula tua
domine virtutum : concupi
ſcit et deficit anima mea in atria do
mini Cor meum et caro mea : ex

xultauerunt in deum viuum. Et
enim passer inuenit sibi domum:
et turtur nidum sibi reponat pul
los suos. Altaria tua domine vir
tutum. rex meus et deus meus.
Beati qui habitant in domo tua
domine: in secula seculorum lauda
bunt te. Beatus vir cuius est
auxilium abs te. ascensiones in cor
de suo disposuit in valle lacrimarum
in loco quem posuit. Etenim be
nedictiones dabit legislator: ibunt
de virtute in virtutem. videbitur
deus deorum in syon. Domine
deus virtutum exaudi orationem
meam: auribus percipe deus ia
cob. Protector noster aspice deus
et respice in faciem xpristi tui.
Quia melior est dies vna in atri
is tuis: super milia. Elegi ab
iectus esse in domo dei mei: magis
quam habitare in tabernaculis peccatorum

Quia misericordiam et verita
tem diligit deus: gratiam et glo
riam dabit dominus. Non pri
vabit bonis eos qui ambulant ĩ
innocencia: domine virtutum be
atus homo qui sperat in te.
Benedixisti domine terram
tuam: avertisti captivita
tem iacob. Remisisti iniquita
tem plebis tue: operuisti omnia
peccata eorum. Mitigasti omnem
iram tuam: avertisti ab ira indig
nationis tue. Converte nos de
us salutaris noster. et averte irã
tuam a nobis. Nũquid ĩ eternũ iras
ceris nobis aut extendes iram tuã
a generatione in generationem.
Deus tu conversus vivificabis
nos: et plebs tua letabitur in te.
Ostende nobis domine miseri
cordiam tuam: et salutare tuum
da nobis. Audiam quid loquat'

in me dominus deus : quoniam lo
quetur pacem in plebem ſuam. Et
ſuper ſanctos ſuos : et in eos qui conuer
tuntur ad cor. Verumptamen pro
pe timentes eum ſalutare ipſius : ut
inhabitet gloria in terra noſtra. Mi
ſericordia et veritas obuiauerunt ſibi
iuſticia et pax oſculate ſunt. Veritas
de terra orta eſt : et iuſticia de celo pro
ſpexit. Etenim dominus dabit be
nignitatem : et terra noſtra dabit fru
ctum ſuum. Iuſticia ante eum
ambulabit : et ponet in via greſſus
ſuos.

Inclina domine aurem tuam
et exaudi me : quoniam inops
et pauper ſum ego. Cuſtodi aīam
meam quoniam ſanctus ſum : ſaluū
fac ſeruum tuum deus meus ſperan
tem in te. Miſerere mei domine quō
ad te clamaui tota die : letifica aīaz
ſerui tui quoniam ad te domine aīm

mam meam ſeruaui Quoniam tu
domine ſuauis et mitis : et multe mi
ſericordie omnibus inuocantibus
te Auribus percipe domine oratio
nem meam : et intende voci deprecati
onis mee In die tribulationis mee
clamaui ad te : quia exaudiſti me
Non eſt ſimilis tui in diis domine
et non eſt ſecundum opera tua .
Omnes gentes quaſcumque feciſti ve
nient et adorabunt coram te domine
et glorificabunt nomen tuum Qm
magnus es tu et faciens mirabilia :
tu es deus ſolus Deduc me domine
in via tua et ingrediar in veritate tua
letetur cor meum ut timeat nomen
tuum Confitebor tibi domine de
us meus in toto corde meo : et glorifi
cabo nomen tuum in eternum .
Quia miſericordia tua magna
eſt ſuper me : et eruiſti animam
meam ex inferno inferiori Deus

iniqui insurrexerunt super me: et sy-
nagoga potentium quesierunt animam
meam. et non proposuerunt te in con-
spectu suo. Et tu domine deus mi-
serator et misericors: patiens et multe
misericordie et verax. Respice in me
et miserere mei da imperium tuum.
puero tuo: et saluum fac filium ancil-
le tue. Fac mecum signum in bono
vt videant qui oderunt me et confundan-
tur: quoniam tu domine adiuuisti me
et consolatus es me.

Fundamenta eius in monti-
bus sanctis: diligit dominus
portas syon super omnia taberna-
cula iacob. Gloriosa dicta sunt de te
ciuitas dei. Memor ero raab et ba-
bilonis: scientium me. Ecce alie-
nigene et tyrus et populus ethiopum
hii fuerunt illic. Numquid syon
dicet homo et homo natus est in ea:
et ipse fundauit eam altissimus.

Dominus narrabit in scripturis
populorum : et principum horum q̄
fuerunt in ea. Sicut letantium :
omnium habitatio est in te.

Domine deus salutis mee : in
die clamaui et nocte coram te
Intret in conspectu tuo oratio mea
inclina aurem tuam ad precē meā
Quia repleta est malis anima
mea : et vita mea ī iferno appropin
quauit. Estimatus sum cum de
scendentibus in lacum : factus sum
sicut homo sine adiutorio inter mor
tuos liber. Sicut vulnerati dormi
entes in sepulchris quorum non est
memor amplius : et ipsi de manu
tua repulsi sunt. Posuerunt me ī
lacu inferiori : in tenebrosis et in vm
bra mortis. Super me confirma
tus est furor tuus : et omnes fluctus
tuos induxisti super me. Longe fe
cisti notos meos a me : posuerunt me

abhominationem ſibi Traditꝰ
ſum et non egrediebar: oculi mei
languerunt pre inopia Clama
ui ad te domine tota die expandi
ad te manus meas Nũquid
mortuis facies mirabilia: aut me
dici ſuſcitabunt et confitebuntur
tibi Nũquid narrabit aliquis ĩ
ſepulchro miſericordiam tuã: et veri
tatem tuam in perditionem Nũ
quid cognoſcentur in tenebris mira
bilia tua: et iuſticia tua in terra obli
uionis Et ego ad te domine cla
maui: et mane oratio mea preueniet
te Ut quid domine repellis ora
tionem meam: auertis faciem tuã
a me Pauper ſum ego et in labo
ribus a iuuentute mea: exaltatus
autem humiliatus ſum et contur
batus In me tranſierunt ire tue
et terrores tui conturbauerunt me
Circumdederunt me ſicut aqua:

tota

tota die: circumdederunt me ſimul
Elongaſti a me amicum et proxi
mum: et notos meos a miſeria.
Miſericordias domini: in eternum
cantabo In generatione
et generationem: annunciabo verita
tem tuam in ore meo Quoniam
dixiſti in eternum miſericordia edifica
bitur in celis: preparabitur veritas
tua in eis Diſpoſui teſtamentum
electis meis iuraui dauid ſeruo meo:
vſque in eternum preparabo ſemen tuum
Et edificabo in generatione et ge
nerationem: ſedem tuam Confite
buntur celi mirabilia tua domine:
etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum.
Quoniam quis in nubibus equa
bitur domino: ſimilis erit deo in filiis
dei Deus qui glorificatur in conſi
lio ſanctorum: magnus et terribilis
ſuper omnes qui in circuitu eius ſunt
Domine deus virtutum quis ſi

milis tibi : potens es domine et veri
tas tua in circuitu tuo Tu domi
naris poteſtati maris : motum au
tem fluctuum eius tu mitigas .
Tu humiliaſti ſicut vulneratū
ſuperbum : in brachio virtutis tue
diſperſiſti inimicos tuos Tui ſunt
celi et tua eſt terra . orbem terre et ple
nitudinem eius tu fundaſti : aquilo
nem et mare tu creaſti Thabor et
hermon in nomine tuo exultabunt
tuum brachium cum potencia .
Firmetur manus tua et exaltet[ur]
dextera tua : iuſticia et iudicium pre
paratio ſedis tue Miſericordia et
veritas precedent faciem tuam : bea
tus populus qui ſcit iubilationem
Domine in lumine vultus tui
ambulabunt . et in nomine tuo exul
tabunt tota die : et in iuſticia tua ex
altabuntur Quoniam gloria
virtutis eorum tu es : et in benepla

cito tuo exaltabitur cornu nostrum
Quia domini est assumptio nostra
et sancti israel regis nostri. Tunc
locutus es in visione sanctis tuis et
dixisti posui adiutorium in potente.
et exaltavi electum de plebe mea.
Inveni david servum meum: oleo
sancto meo unxi eum. Manus enim
mea auxiliabitur ei: et brachium
meum confirmabit eum. Nichil
proficiet inimicus in eo: et filius ini
quitatis non apponet nocere ei.
Et concidam a facie ipsius inimi
cos eius: et odientes eum in fugam
convertam. Et veritas mea et mi
sericordia mea cum ipso: et in nomi
ne meo exaltabitur cornu eius.
Et ponam in mari manum eius
et in fluminibus dexteram eius.
Ipse invocabit me pater meus es
tu: deus meus et susceptor salutis
mee. Et ego primogenitum po

nam illum : excelsum pre regibus ter
In eternum seruabo illi misericor
diam meam : et testamentum meum
fidele ipsi Et ponam in seculum se
culi semen eius : et thronum eius sicut
dies celi Si autem dereliquerint
filii eius legem meam : et in iudiciis
meis non ambulauerint Si iusti
cias meas prophanauerint : et mã
data mea non custodierint Visita
bo in virga iniquitates eorum : et in
verberibus peccata eorum Misericor
diam autem meam non dispergam
ab eo : neqꝫ nocebo in veritate mea .
Neqꝫ prophanabo testamentum
meum : et que procedunt de labiis me
is non faciam irrita Semel iura
ui in sancto meo si dauid mentiar : se
men eius in eternum manebit Et
thronus eius sicut sol in conspectu
meo et sicut luna perfecta in eternum :
et testis in celo fidelis Tu vero re

pulisti et despexisti : distulisti cristum
tuum Auertisti testamentum ser
ui tui : prophanasti in terra sanctua
rium eius Destruxisti omnes se
pes eius : posuisti firmamentum eius
formidinem Diripuerunt eum
omnes transeuntes viam : factus est
opprobrium vicinis suis Exalta
sti dexteram deprimentium eum : leti
ficasti omnes inimicos eius Auer
tisti adiutorium gladii eius : et non
es auxiliatus ei in bello Destruxi
sti eum ab emundatione : et sedem eius
in terra collisisti Minorasti dies tem
poris eius : perfudisti eum confusio
ne Usquequo domine auertis in fi
nem : exardescet sicut ignis ira tua
Memorare que mea substancia :
numquid enim vane constituisti omnes
filios hominum Quis est homo qui
viuet et non videbit mortem : eruet
animam suam de manu inferi .

Ubi sunt misericordie tue antiq̃
domine: sicut iurasti david in verita
te tua. Memor esto domine oppro
brii servorum tuorum: quod conti
nui in sinu meo multarum gentiũ
Quod exprobraverunt inimici
tui domine: quod exprobraverunt
commutationem xpristi tui. Be
nedictus dominus in eternũ: fiat fiat.
Domine refugium factus
es nobis: a generatione in
generationem. Priusq̃ montes
fierent aut formaretur terra et orbis
a seculo et in seculum tu es deus. Ne
avertas hominem in humilitatem:
et dixisti convertimini filii hominum
Quoniam mille anni ante oculos
tuos: tanquam dies hesterna que pre
terit. Et custodia in nocte que pro
nichilo habentur eorum anni erunt
Mane sicut herba transeat mane
floreat et transeat: vespere decidat in

duret et areſcat Quia defecimus in
ira tua : et in furore tuo turbati ſumus
Poſuiſti iniquitates noſtras in cō
ſpectu tuo : ſeculum noſtrum in illu
minatione vultus tui Quoniam
omnes dies noſtri defecerunt : et in ira
tua defecimus Anni noſtri ſicut
aranea meditabuntur : dies annor
noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni
Si autem in potentatibus octogī
ta anni : et amplius eorum labor et
dolor Quoniam ſupervenit man
ſuetudo : et corripiemur Quis no
uit poteſtatem ire tue : et pre timore
tuo iram tuam dinumerare Dex
teram tuam ſic notam fac : et erudi
tos corde in ſapientia Convertere
domine uſquequo : et deprecabilis eſto
ſuper ſervos tuos Repleti ſumus
mane miſericordia tua : et exultavim⁹
et delectati ſumus in omnibus diebus
noſtris Letati ſumus pro diebus

quibus nos humiliasti : annis quibus
vidimus mala. Respice in servos
tuos et in opera tua : et dirige filios
eorum. Et sit splendor domini dei
nostri super nos : et opera manuum
nostrarum dirige super nos. et opus
manuum nostrarum dirige.
Qui habitat in adiutorio altis
simi : in protectione dei celi com
morabitur. Dicet domino suscep
tor meus es tu : et refugium meum
deus meus sperabo in eum. Quoniam
ipse liberavit me de laqueo venanti
um : et a verbo aspero. Scapulis su
is obumbrabit tibi : et sub pennis
eius sperabis. Scuto circumdabit te
veritas eius : non timebis a timore
nocturno. A sagitta volante in die
a negocio perambulante in tenebris
ab incursu et demonio meridiano.
Cadent a latere tuo mille et decem
milia a dextris tuis : ad te autem non

appropinquabit Verumptamen
oculis tuis considerabis : et retributi
onem peccatorum videbis Quoniā
tu es domine spes mea : altissimum po
suisti refugium tuum Non accedet
ad te malum : et flagellum non ap
propinquabit tabernaculo tuo .
Quoniam angelis suis mandauit
de te : ut custodiant te in omnibus viis
tuis In manibus portabunt te :
ne forte offendas ad lapidem pedem
tuum Super aspidem et basiliscū
ambulabis : et conculcabis leonem
et draconem Quoniam in me spe
rauit liberabo eum : protegam eum
quoniam cognouit nomen meum
Clamauit ad me et ego exaudiā
eum . cum ipso sum in tribulatione
eripiam eum et glorificabo eum .
Longitudine dierum replebo eum
et ostendam illi salutare meum

Bonum est confiteri dño : et
psallere nomini tuo altissi
me Ad annunciandum mane
misericordiam tuam : et veritatem tuã
per noctem In decachordo psalterio
cum cantico in cythara Quia delecta
sti me domine in factura tua : et in ope
ribus manuum tuarum exultabo .
Quam magnificata sunt opera tu
a domine : nimis profunde facte sunt
cogitationes tue Vir insipiens non
cognoscet : et stultus non intelliget hec
Cum exorti fuerint peccatores sic'
fenum : et apparuerint omnes qui ope
rantur iniquitatem Ut intereat
in seculum seculi : tu autem altissim'
in eternum domine Quoniam
ecce inimici tui domine quoniam ec
ce inimici tui peribunt : et dispergen
tur omnes qui operantur iniquita
tem Et exaltabitur sicut unicornis
cornu meum : et senectus mea in mi

ſericordia vberi Et deſpexit oculus
meus inimicos meos : et inſurgenti
bus in me malignantibus audiet
auris mea Iuſtus ut palma flo
rebit ſicut cedrus lybani multiplica
bitur Plantati in domo domini :
in atriis domus dei noſtri florebunt
Adhuc multiplicabuntur in ſe
necta vberi : et bene patientes erunt
vt annuncient Quoniam rectus
dominus deus noſter : et non eſt ini
quitas in eo

Dominus regnauit decorem
indutus eſt : indutus eſt do
minus fortitudinem et precinxit ſe
Etenim firmauit orbem terre : qui
non commouebitur Parata ſe
des tua extunc . a ſeculo tu es Ele
uauerunt flumina domine : eleua
uerunt flumina vocem ſuam Ele
uauerunt flumina fluctus ſuos : a
vocibus aquarum multarum Mi

rabiles elationes maris : mirabilis
in altis dominus Teſtimonia
tua credibilia facta ſunt nimis : do
mum tuam decet ſanctitudo domine
in longitudine dierum
Deus vltionum dominus :
deus vltionum libere egit
Exaltare qui iudicas terram : red
de retributionem ſuperbis Uſque
quo peccatores domine : vſquequo
peccatores gloriabuntur Effabũ
tur et loquentur iniquitatem : loquẽ
tur omnes qui operantur iniuſticiã
Populum tuum domine humili
auerunt : et hereditatem tuam vexaue
runt Uiduam et aduenam inter
fecerunt : et pupillos occiderunt Et
dixerunt non videbit dominus : nec
intelliget deus iacob Intelligite in
ſipientes in populo : et ſtulti aliquã
do ſapite Qui plantauit aurem nõ
audiet : aut qui finxit oculum non cõ

ſiderat Qui corripit gentes non ar
guet: qui docet hominem ſcienciam.
Dominus ſcit cogitationes homi
num: quoniam vane ſunt Beatus
homo quem tu erudieris domine: et de
lege tua docueris eum Ut mitiges
ei a diebus malis: donec fodiatur pec
catori fovea Quia non repellet dñs
plebem ſuam: et hereditatem ſuam
non derelinquet Quoaduſque iuſti
cia conuertatur in iudicium: et qui
iuxta illam omnes qui recto ſunt cor
de Quis conſurget michi aduerſus
malignantes: aut quis ſtabit mecũ
aduerſus operantes iniquitatẽ Niſi
quia dominus adiuuit me: paulomi
nus habitaſſet in inferno anima mea
Si dicebam motus eſt pes meus:
miſericordia tua domine adiuuabat
me Secundum multitudinem do
lorum meorum in corde meo: conſola
tiones tue letificauerunt animam

meam Numquid adheret tibi sedes
iniquitatis : qui fingis laborem in
precepto Captabunt in animam
iusti : et sanguinem innocentem con
dempnabunt Et factus est michi
dominus in refugium : et deus meus
in adiutorium spei mee Et reddet
illis iniquitatem ipsorum et in ma
licia eorum disperdet eos : disperdet illos
dominus deus noster.

Venite exultemus domino :
iubilemus deo salutari no
stro Preoccupemus faciem eius in
confessione : et in psalmis iubilemus
ei Quoniam deus magnus domi
nus : et rex magnus super omnes
deos Quia in manu eius sunt om
nes fines terre : et altitudines mon
tium ipsius sunt Quoniam ip
sius est mare et ipse fecit illud : et sic
cam manus eius formauerunt.
Venite adoremus et procidamus

et ploremus ante dominum / qui fecit nos:
quia ipse est dominus deus noster
Et nos populus pascue eius: et
oues manus eius Hodie si vocem
eius audieritis: nolite obdurare cor
da vestra Sicut in irritatione secun
dum diem temptationis in deserto
Ubi temptauerunt me patres vestri
probauerunt et viderunt opera mea
Quadraginta annis offensus fui
generationi isti: et dixi semper hii er
rant corde Et isti non cognouerunt
vias meas ut iuraui in ira mea: si
introibunt in requiem meam
Cantate domino canticum
nouum: cantate domino
omnis terra Cantate domino
et benedicite nomini eius: annunci
ate de die in diem salutare eius
Annunciate inter gentes glori
am eius: in omnibus populis mi
rabilia eius Quoniam magnus

dominus et laudabilis nimis : terribi
lis eſt ſuper oms̃ deos Quoniam omnes
dii gentium demonia : dominus autẽ
celos fecit Confeſſio et pulcritudo ĩ
conſpectu eius : ſanctimonia et mag
nificencia in ſanctificatione eius
Afferte dño patrie gentium affer
te domino gloriam et honorem : affer
te dño gloriam nõi eius Tollite
hoſtias et introite in atria eius : adora
te dñm in atrio ſancto eius Commo
ueatur a facie eius uniuerſa terra : di
cite in gentibus quia dñs regnauit
Etenim correxit orbem terre qui nõ
cõmouebitur : iudicabit populos ĩ
equitate Letentur celi et exultet ter
ra cõmoueatur mare et plenitudo ei⁹
gaudebunt campi et omnia que in
eis ſunt Tunc exultabunt omnia
ligna ſiluarum a facie domini quia
uenit : quoniam uenit iudicare terrã
Iudicabit orbem terre in equitate :

et populos in veritate sua.
Dominus regnavit exultet ter-
ra: letentur insule multe.
Nubes et caligo in circuitu eius:
iusticia et iudicium correctio sedis eius.
Ignis ante ipsum precedet: et in-
flãmabit in circuitu inimicos eius.
Illuxerunt fulgura eius orbi terre
vidit et commota est terra. Montes
sicut cera fluxerunt a facie domini: a
facie dñi omnis terra. Annuncia-
verunt celi iusticiam eius: et viderũt
omnes populi gloriam eius. Con-
fundantur omnes qui adorant sculp-
tilia: et qui gloriantur in simulachris
suis. Adorate eum omñs angeli eius:
audivit et letata est syon. Et exul-
taverunt filie iude: propter iudicia
tua domine. Quoniam tu dominus altis-
simus super omnem terram: nimis
exaltatus es super omñs deos. Qui
diligitis dñm odite malum: custodit

dominus animas ſanctorum ſuorū: de manu peccatoris liberabit eos. Lux orta eſt iuſto: et rectis corde le ticia Letamini iuſti in domino: et confitemini memorie ſanctificatio nis eius.



Cantate domino canticū
nouum: quia mirabili
a fecit Saluauit ſi
bi dextera eius: et bra
chium ſanctum eius.
Notum fecit dominus ſalutare su

um: in conſpectu gentium reuelauit
iuſticiam ſuam. Recordatus eſt
miſericordie ſue et veritatis ſue: do
mui iſrael. Viderunt omnes termi
ni terre: ſalutare dei noſtri. Iubi
late deo omnis terra: cantate et exul
tate et pſallite. Pſallite domino
in cythara in cythara et voce pſalmi:
in tubis ductilibus et voce tube cornee.
Iubilate in conſpectu regis domi
ni moueatur mare et plenitudo eius:
orbis terrarum et qui habitant in eo.
Flumina plaudent manu ſimul
montes exultabunt a conſpectu dñi:
quoniam venit iudicare terrã. Iu
dicabit orbem terrarum in iuſticia: et
populos in equitate.

Dominus regnauit iraſcatur
populi: qui ſedes ſuper cheru
bin moueatur terra. Dominus in
ſyon magnus: et excelſus ſuper om̃s
populos. Confiteantur nomini

tuo magno quoniam terribile et san
ctum est: et honor regis iudicium diligit
Tu parasti directiones: iudicium et
iusticiam in iacob tu fecisti. Exalta
te dñm deum nostrum: et adorate sca
bellum pedum eius quoniam sanctū
est. Moyses et aaron in sacerdotibz
eius: et samuel inter eos qui invocāt
nomen eius. Invocabant domi
num et ipse exaudiebat eos: in colū
na nubis loquebatur ad eos. Custo
diebant testimonia eius: et precep
tum quod dedit illis. Domine deus
noster tu exaudiebas eos: deus tu propi
cius fuisti eis et ulciscens in omnes
adinventiones eorum. Exaltate
dominum deum nostrum et adorate
in monte sancto eius. quoniam san
ctus dominus deus noster.
Iubilate deo omnis terra serui
te domino in leticia. Introi
te in conspectu eius: in exultatione

Scitote quoniam dominus ipſe
eſt deus: ipſe fecit nos et non ipſi nos.
Populus eius et oues paſcue eius
introite portas eius in confeſſione:
atria eius in hymnis confitemini
illi Laudate nomen eius quo
niam ſuauis eſt dominus in eternum
miſericordia eius: et uſque in generati
one et generationem veritas eius.
Miſericordiam et iudicium: can
tabo tibi domine pſallam
et intelligam in via immaculata:
quando venies ad me Perambu
labam in innocencia cordis mei: in
medio domus mee Non propone
bam ante oculos meos rem iniuſtam:
facientes preuaricationes odiui
Non adheſit michi cor prauum:
declinantem a me malignum non
cognoſcebam Detrahentem ſecre
to proximo ſuo: hunc perſequebar.
Superbo oculo et inſatiabili corde:

cum hoc non edebam Oculi mei ad
fideles terre ut sedeant mecum ambu
lans in via immaculata: hic michi
ministrabat Non habitabit in me
dio domus mee qui facit superbiam:
qui loquitur iniqua non direxit in cō
spectu oculorum meorum In ma
tutino interficiebam omnes peccato
res terre: ut disperderem de ciuitate do
mini omnes operantes iniquitatem.
Domine exaudi orationem
meam: et clamor meus ad
te veniat Non auertas faciem tuā
a me: in quacunque die tribulor incli
na ad me aurem tuam In quacū
que die inuocauero te: velociter exaudi
me Quia defecerunt sicut fumus di
es mei: et ossa mea sicut cremium arue
runt Percussus sum ut fenum et
aruit cor meum: quia oblitus sum co
medere panem meum A voce gemi
tus mei: adhesit os meum carni mee.

Similis factus ſum pellicano ſo
litudinis: et factus ſum ſicut nictico
rax in domicilio Vigilaui et fact⁹
ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.
Tota die exprobrabant michi ini
mici mei: et qui laudabant me ad
uerſum me iurabant Quia cinerē
tanquam panem manducabam: et
poculum meum cum fletu miſcebā
A facie ire indignationis tue: quia
eleuans alliſiſti me Dies mei ſicut
umbra declinauerunt: et ego ſicut
fenum arui Tu autem domine in
eternum permanes et memoriale tu
um in generatione et generationem
Tu exurgens domine miſereberis
ſyon: quia tempus miſerendi eius.
quia uenit tempus Quoniā pla
cuerunt ſeruis tuis lapides eius: et ter
re eius miſerebuntur Et timebūt
gentes nomen tuum domine: et om
nes reges terre gloriā tuam Quia

edificauit dominus ſion : et videbitur
in gloria ſua. Reſpexit in orationē
humilium : et non ſpreuit precem eo
rum. Scribantur hec in generatio
ne altera : et populus qui creabitur
laudabit dominum. Quia pro
ſpexit de excelſo ſancto ſuo : dominus
de celo in terram aſpexit. Ut audi
ret gemitus compeditorum : ut ſol
ueret filios interemptorum. Ut
annuncient in ſyon nomen domini :
et laudem eius in iheruſalem. In
conueniendo populos in vnum : et
reges ut ſeruiant domino. Reſpō
dit ei in via virtutis ſue : paucitatem
dierum meorum nuncia michi. Ne
reuoces me in dimidio dierum meor
in generatione et generationem an
ni tui. Inicio tu domine terram
fundaſti : et opera manuum tuarū
ſunt celi. Ipſi peribunt tu autem
permanes : et omnes ſicut veſtimen

tum veteraſcent Et ſicut opertori
um mutabis eos et mutabuntur: tu
autem idem ipſe es et anni tui non de
ficient Filii ſeruorum tuorum ha
bitabunt: et ſemen eorum in ſeculū
dirigetur.

Benedic anima mea domino:
et omnia que intra me ſūt
nomini ſancto eius. Benedic ani
ma mea domino: et noli obliuiſci
omnes retributiones eius. Qui
propiciatur omnibus iniquitatibꝫ
tuis: qui ſanat omnes infirmitates
tuas. Qui redimit de interitu vitā
tuam: qui coronat te in miſericordia
et miſerationibus. Qui replet in
bonis deſiderium tuum: renouabit
ut aquile iuuentus tua. Faciens
miſericordias dominus: et iudiciuꝫ
omnibus iniuriam pacientibus.
Notas fecit vias ſuas moyſi: filijs
iſrael voluntates ſuas. Miſerator

et miſericors dominus : longanimis
et multum miſericors. Non imper
petuum iraſcetur : neq; in eternum cõ
minabitur. Non ſecundum pecca
ta noſtra fecit nobis : neq; ſecundum
iniquitates noſtras retribuit nobis
Quoniam ſecundum altitudinē
celi a terra : corroborauit miſericordi
am ſuam ſuper timentes ſe. Quã
tum diſtat ortus ab occidente : longe
fecit a nobis iniquitates noſtras.
Quomodo miſeretur pater filior
miſertus eſt dominus timentibus
ſe : quoniam ipſe cognouit figmen
tum noſtrum. Recordatus eſt qm̄
puluis ſumus et homo ſicut fenum :
dies eius tanquam flos agri ſic efflo
rebit. Quoniam ſpiritus pertranſ
ibit in illo et non ſubſiſtet : et non co
gnoſcet amplius locum ſuum. Mi
ſericordia autem domini ab eterno et
vſq; in eternum : ſuper timentes eum.

Et iusticia illius in filios filiorum:
hijs qui seruant testamentum eius.
Et memores sunt mandatorum
ipsius: ad faciendum ea. Dominus
in celo parauit sedem suam: et regnū
ipsius omnibus dominabitur. Be
nedicite domino omnes angeli eius
potentes virtute: facientes verbum il
lius ad audiendam vocem sermonū
eius. Benedicite domino omnes
virtutes eius: ministri eius qui facitis
voluntatem eius. Benedicite dnō
omnia opera eius. in omni loco domi
nationis eius: benedic anima mea
domino.

Benedic anima mea domino:
domine deus meus magnifi
catus es vehementer. Confessionē
et decorem induisti: amictus lumine
sicut vestimento. Extendens celum
sicut pellem: qui tegis aquis superio
ra eius. Qui ponis nubem ascensū

tuum: qui ambulas ſuper pennas vē
torum Qui facis angelos tuos ſpiri
tus: et miniſtros tuos ignem vrentem
Qui fundaſti terram ſuper ſtabilita
tem ſuam: non inclinabitur in ſeculū
ſeculi Abyſſus ſicut veſtimentum a
mictus eius: ſuper montes ſtabunt aq̄
Ab increpatione tua fugient: a vo
ce tonitrui tui formidabunt Aſcen
dunt montes et deſcendunt campi: ī
locum quem fundaſti eis Termi
num poſuiſti quem non tranſgrediē
tur: neq3 conuertentur operire terrā
Qui emittis fontes in conuallibus:
inter medium montium pertranſi
bunt aque Potabunt omnes beſ
tie agri: expectabunt onagri in ſiti-
ſua Super ea volucres celi habita
bunt: de medio petrarum dabunt vo
ces Rigans montes de ſuperiorib3
ſuis: de fructu operum tuorum ſatia
bitur terra Producens fenum iu

iumentis : et herbam ſeruituti hominū
Ut educas panem de terra : et vi
num letificet cor hominis Ut exhi
laret faciem in oleo : et panis cor homi
nis confirmet Saturabuntur lig
na campi et cedri lybani quas planta
uit : illic passeres nidificabunt He
rodii domus dux eſt eorum montes ex
celſi ceruis : petra refugium erinacijs
Fecit lunam in tempore : ſol cogno
uit occaſum ſuum Poſuiſti tenebras
et facta eſt nox : in ipſa pertranſibunt
omnes beſtie ſilue Catuli leonum
rugientes ut rapiant : et querant a
deo eſcam ſibi Ortus eſt ſol et con
gregati ſunt : et in cubilibus ſuis col
locabuntur Exibit homo ad opus
ſuum : et ad operationem ſuam uſqꝫ
ad veſperam Quam magnificata
ſunt opera tua domine omnia in ſa
piencia feciſti : impleta eſt terra poſſeſ
ſione tua Hoc mare magnum et

spaciosum manibus : illic reptilia
quorum non est numerus. Ani-
malia pusilla cum magnis : illic
naues pertransibunt. Draco iste
quem formasti ad illudendum ei : oīa
a te expectant ut des illis escam in tē
pore. Dante te illis colligent : ap
riente te manum tuam omnia im
plebuntur bonitate. Auertente
autem te faciem turbabuntur. au
feres spiritum eorum et deficient : et
in puluerem suum reuertentur.
Emitte spiritum tuum et creabuntur
et renouabis faciem terre. Sit gloria
domini in seculum : letabitur dominus
in operibus suis. Qui respicit terram
et facit eam tremere : qui tangit mōtes
et fumigant. Cantabo domino in
vita mea : psallam deo meo quamdiu
sum. Iocundum sit ei eloquium me
um : ego vero delectabor in domino.
Deficiant peccatores a terra. et iniqui

ita ut non ſint. Benedic anima mea
domino.
Confitemini domino et inuo
cate nomen eius: annuncia
te inter gentes opera eius Cantate
ei et pſallite ei: narrate omnia mira
bilia eius Laudamini in nomine
ſancto eius: letetur cor querentium do
minum Querite dominum et con
firmamini: querite faciem eius ſem
per Mementote mirabilium eius q̄
fecit: prodigia eius et iudicia oris eius
Semen abraham ſerui eius: filii ia
cob electi eius Ipſe dominus deus
noſter: in uniuerſa terra iudicia eius.
Memor fuit in ſeculum teſtamenti ſui:
uerbi quod mandauit in mille genera
tiones Quod diſpoſuit ad abraham et
iuramenti ſui ad yſaac Et ſtatuit
illud iacob in preceptum: et iſrael in
teſtamentum eternum Dicens tibi
dabo terram chanaan: funiculum he

reditatis vestre Cum essent nume
ro breui: paucissimi et incole eius
Et pertransierunt de gente in gē
tem: et de regno ad populum alterū
Non reliquit hominem nocere eis:
et corripuit pro eis reges Nolite
tangere cristos meos: et in prophetis
meis nolite malignari Et vocauit
famem super terram: et omne firma
mentum panis contriuit Misit an
te eos virum: in seruum venundatus
est ioseph Humiliauerunt in com
pedibus pedes eius: ferrum pertransi
it animam eius donec veniret verbū
eius Eloquium domini inflam
mauit eum: misit rex et soluit eum
princeps populorum et dimisit eū
Constituit eum dominum do
mus sue: et principem omnis pos
sessionis sue Ut erudiret princi
pes eius sicut semetipsum: et senes
eius prudenciam doceret Et in

trauit iſrael in egyptum: et iacob a
cola fuit in terra cham. Et auxit po
pulum ſuum vehementer: et firma
uit eum ſuper inimicos eius. Con
uertit cor eorum ut odirent populum
eius: et dolum facerent in ſeruos eius.
Miſit moyſen ſeruum ſuum: aaron
quem elegit ipſum. Poſuit in eis ver
ba ſignorum ſuorum: et prodigiorum
ſuorum in terra cham. Miſit tenebras
et obſcurauit: et non exacerbauit ſermo
nes ſuos. Conuertit aquas eorum ī
ſanguinem: et occidit piſces eorum.
Et dedit terra eorum ranas: in pe
netralibus regum ipſorum. Dixit et
venit cynomia et cinifes: in omnibz
finibus eorum. Poſuit pluuias eo
rum grandinem: ignem comburentem
in terra ipſorum. Et percuſſit vine
as eorum et ficulneas eorum: et contri
uit lignum finium eorum. Dixit
et venit locuſta et bruchus: cuius non

erat numerus Et comedit omne
fenum in terra eorum: et comedit om
nem fructum terre eorum Et percus
sit omne primogenitum in terra eor:
primicias omnis laboris eor Et
eduxit eos cum argento et auro: et nõ
erat in tribubus eorum infirmus.
Letata est egiptus in profectione eor:
quia incubuit timor eorum super eos
Expandit nubem in protectionem eo
rum: et ignem ut luceret eis per noctem
Petierunt et venit coturnix: et pane
celi saturauit eos Dirupit petram
et fluxerunt aque: abierunt in sicco flu
mina Quoniam memor fuit verbi
sancti sui: quod habuit ad abraham
puerum suum Et eduxit populum
suum in exultatione: et electos suos in
leticia Et dedit illis regiones gentium:
et labores populorum possiderunt Ut
custodiant iustificationes eius: et legem
eius requirant

Confitemini domino quoniã
bonus: quoniam in seculũ
misericordia eius. Quis loquetur
potencias domini: auditas faciet om
nes laudes eius. Beati qui custo
diunt iudicium: et faciunt iusticiam
in omni tempore. Memento nostri
domine in beneplacito populi tui: vi
sita nos in salutari tuo. Ad viden
dum in bonitate electorum tuorum.
ad letandum in leticia gentis tue: ut
lauderis cum hereditate tua. Pecca
uimus cum patribus nostris: iniuste
egimus iniquitatem fecimus. Pa
tres nostri in egypto non intellexerunt
mirabilia tua: non fuerunt memo
res multitudinis misericordie tue.
Et irritauerunt ascendentes in
mare: mare rubrum. Et salua
uit eos propter nomen suum: ut no
tam faceret potenciam suam. Et in
crepuit mare rubrum et exsiccatum

est: et eduxit eos in abyssis sicut in de
serto Et saluauit eos de manu odi
entium: et redemit eos de manu in
imici Et operuit aqua tribulan
tes eos: unus ex ipsis non remãsit
Et crediderunt uerbis eius: et lau
dauerunt laudem eius Cito fece
runt obliti sunt operum eius: et nõ
sustinuerunt consilium eius Et
concupierunt concupiscentiam in
deserto: et temptauerunt deum in-
aquoso Et dedit eis petitionẽ
ipsorum: et misit saturitatem in a
nimas eorum Et irritauerunt
moysen in castris: aaron sanctum
domini Aperta est terra et deglutiuit
dathan: et operuit super congregationẽ
abyron Et exarsit ignis in synagoga
eorum: flamma combussit peccatores
Et fecerunt uitulum in oreb: et adora
uerunt sculptile Et mutauerunt
gloriam suam in similitudinẽ uituli

comedentis fenum. Obliti sunt de
um qui salvavit eos. qui fecit mag
nalia in egypto mirabilia in terra
cham. terribilia in mari rubro. Et
dixit ut disperderet eos: si non moyses
electus eius stetisset in confractione in
conspectu eius. Ut averteret iram
eius ne disperderet eos: et pro nichilo
habuerunt terram desiderabilem. Nō
crediderunt verbo eius et murmurave
runt in tabernaculis suis: non exau
dierunt vocem domini. Et elevavit
manum suam super eos: ut prosterne
ret eos in deserto. Et ut deiceret semē
eorum in nationibus: et dispergeret
eos in regionibus. Et initiati sunt
beelphegor: et comederunt sacrificia
mortuorum. Et irritaverunt eum
in adinventionibus suis: et multipli
cata est in eis ruina. Et stetit phi
nees et placavit: et cessavit quassatio.
Et reputatum est ei in iusticiam:

in generatione et generationem uſqꝫ
in ſempiternum E t irritauerũt eũ
ad aquas contradictionis et vexatus
eſt moyſes propter eos : quia exacerba
uerunt ſpiritum eius E t diſtinxit
in labiis ſuis : non diſperdiderunt gen
tes quas dixit dominus illis E t cõ
mixti ſunt inter gentes et didicerunt
opera eorum et ſeruierunt ſculptilibus
eorum : et factum eſt illis in ſcandalũ
E t immolauerunt filios ſuos et fi
lias ſuas demoniis E t effuderunt
ſanguinem innocentem ſanguinem
filiorum ſuorum et filiarum ſuarũ :
quas ſacrificauerunt ſculptilibus cha
naan E t interfecta eſt terra in ſan
guinibus et contaminata eſt in ope
ribus eorum : et fornicati ſunt in ad
inuentionibus ſuis E t iratus eſt
furore dominus in populũ ſuũ : et ab
hominatus eſt hereditatem ſuam
E t tradidit eos in manus gentiũ :

et dominati sunt eorum qui oderunt
eos. Et tribulauerunt eos inimici
eorum: et humiliati sunt sub mani
bus eorum sepe liberauit eos. Ipsi
autem exacerbauerunt eum in consi
lio suo: et humiliati sunt in iniquita
tibus suis. Et vidit cum tribularē
tur: et audiuit orationem eorum.
Et memor fuit testamenti sui: et pe
nituit eum secundum multitudinem
misericordie sue. Et dedit eos in mi
sericordias: in conspectu omnium qui
ceperant eos. Saluos fac nos domi
ne deus noster: et congrega nos de na
tionibus. Ut confiteamur nomi
ni sancto tuo: et gloriemur in laude
tua. Benedictus dominus deus is
rael a seculo et usqz in seculum: et di
cet omnis populus fiat fiat.

Confitemini domino quoniã
bonus: quoniam in seculum
misericordia eius. Dicant qui re

demptí ſunt a domino quos redemit
de manu inimici : de regionibus con
gregauit eos A ſolis ortu et occaſu :
ab aquilone et mari Errauerunt
in ſolitudine in inaquoſo : viam ciui
tatis habitaculi non inuenerunt .
Eſurientes et ſitientes anima eorum
in ipſis defecit Et clamauerunt ad
dominum cum tribularentur : et de
neceſſitatibus eorum eripuit eos .
Et deduxit eos in viam rectam : vt
irent in ciuitatem habitationis Con
fiteantur domino miſericordie eius :
et mirabilia eius filiis hominum .
Quia ſatiauit animam inanem
et animam eſurientem ſatiauit bonis
Sedentes in tenebris et umbra mor
tis : vinctos in mendicitate et ferro .
Quia exacerbauerunt eloquia dei :
et conſilium altiſſimi irritauerunt
Et humiliatum eſt in laboribus cor
eorum : et infirmati ſunt nec fuit qui

adiuuaret. Et clamauerunt ad
dominum cum tribularentur: et de
necessitatibus eorum liberauit eos.
Et eduxit eos de tenebris et vmbra
mortis: et vincula eorum dirupit.
Confiteantur domino misericor
die eius: et mirabilia eius filijs hom
inum. Quia contriuit portas ereas:
et vectes ferreos confregit. Suscepit
eos de via iniquitatis eorum: propter
iniusticias enim suas humiliati sunt.
Omnem escam abhominata est
anima eorum: et appropinquauerunt
vsque ad portas mortis. Et clamaue
runt ad dominum cum tribularentur:
et de necessitatibus eorum liberauit
eos. Misit verbum suum et sanauit
eos: et eripuit eos de interitionibus eo
rum. Confiteantur domino mise
ricordie eius: et mirabilia eius filijs
hominum. Et sacrificent sacrificia
um laudis: et annuncient opera eius

in exultatione. Qui deſcendunt ma
re in nauibus: facientes operationem
in aquis multis. Ipſi viderunt
opera domini et mirabilia eius in pro
fundo. Dixit et ſtetit ſpiritus procel
le: et exaltati ſunt fluctus eius.
Aſcēdūt vſqꝫ ad celos et deſcendunt
uſqꝫ ad abyſſos: anima eorum ī ma
lis tabeſcebat. Turbati ſunt et moti
ſunt ſicut ebrius: et omnis ſapiēcia
eorū deuorata eſt. Et clamauerunt
ad dominum cum tribularentur: et
de neceſſitatibus eorum eduxit eos.
Et ſtatuit procellam eius in aurā:
et ſiluerunt fluctus eius. Et letati
ſunt quia ſiluerunt: et deduxit eos in
portum voluntatis eorum. Confi
teantur domino miſericordie eius: et
mirabilia eius filiis hominum. Et
exaltent eum in eccleſia plebis: et in ca
thedra ſeniorum laudent eum. Po
ſuit flumina in deſertum: et exitus

aquarum in ſitim Terram fructi
feram in ſalſuginem : a malicia ĩhabi
tantium in ea Poſuit deſertum in
ſtagna aquarum : et terram ſine aqͣ
in exitus aquarum Et collocauit
illic eſurientes : et conſtituerunt ciui
tatem habitationis Et ſeminaue
runt agros et plantauerunt vineas :
et fecerunt fructum natiuitatis Et
benedixit eis et multiplicati ſunt ni
mis : et iumenta eorum non minora
uit Et pauci facti ſunt : et vexati
ſunt a tribulatione malorum et dolo
re Effuſa eſt contentio ſuper prin
cipes : et errare fecit eos in inuio et non in
via Et adiuuit pauperem de inopi
a : et poſuit ſicut oues familias Vi
debunt recti et letabuntur : et omnis ini
quitas oppilabit os ſuum Quis ſapi
ens et cuſtodiet hec : et intelliget miſericor
dias domini .

Paratum cor meum deus para
tum cor meum: cantabo et
pſallam in gloria mea. Exurge pſal
terium in cythara: exurgam diluculo
Confitebor tibi in populis domine.
et pſallam tibi in nationibus. Quia
magna eſt ſup celos miſericordia tua: et
vſqz ad nubes veritas tua. Exaltare
ſuper celos deus: et ſuper omnem terrā
gloria tua. ut liberentur dilecti tui.
Saluum fac dextera tua et exaudi
me: deus locutus eſt in ſancto ſuo.
Exultabo et diuidam ſicimam: et
conuallem tabernaculorum dimetiar
Meus eſt galaad et meus eſt manaſ
ſes: et effraym ſuſceptio capitis mei.
Juda rex meus: moab lebes ſpei mee
In ydumeam extendam calciamē
tum meum: michi alienigene amici
facti ſunt. Quis deducet me in ciui
tatem munitam: quis deducet me vſ
qz in ydumeam. Nonne tu deus qui

repulisti nos : et non exibis deus in
virtutibus nostris Da nobis au
xilium de tribulatione : quia vana sa
lus hominis In deo faciemus vir
tutem : et ipse ad nichilum deducet
inimicos nostros

Deus laudem meam ne tacu
eris : quia os peccatoris et os
dolosi super me apertum est Locu
ti sunt adversum me lingua dolosa
et sermonibus odii circumdederunt me :
et expugnaverunt me gratis Pro
eo ut me diligerent detrahebant mi
chi : ego autem orabam Et posue
runt adversum me mala pro bonis
et odium pro dilectione mea Consti
tue super eum peccatorem : et diabolus
stet a dextris eius Cum iudicatur
exeat condempnatus : et oratio eius
fiat in peccatum Fiant dies eius
pauci : et episcopatum eius accipiat
alter Fiant filii eius orphani : et

vxor eius vidua. Nutantes transfe
rantur filii eius et mendicent: et eii
ciantur de habitationibus suis. Scru
tetur fenerator omnem substanciã
eius: et diripiant alieni labores eius.
Non sit illi adiutor: nec sit qui mi
sereatur pupillis eius. Fiant nati
eius in interitum: in generatione
una deleatur nomen eius. In me
moriam redeat iniquitas patrũ eius
in conspectu domini: et peccatum ma
tris eius non deleatur. Fiãt cõtra
dñm semp̃ et dispereat de terra memo
ria eorum: pro eo q' non est recordatus
facere misericordiam. Et persecutus est
hominem inopem et mendicum: et cõ
punctũ corde mortificare. Et dilexit
maledictionẽ et veniet ei: et noluit bene
dictionem et elongabitur ab eo. Et
induit maledictionẽ sicut vestimentũ:
et intrauit sicut aqua in ĩteriora eius.
et sicut oleũ in ossibz eius. Fiat ei sic

vestimentū quo operitur. et sicut zona
qua semper precingitur. Hoc opus
eorum qui detrahunt michi apud do
minum: et qui loquuntur mala
aduersus animam meam. Et tu
domine fac mecum propter nomen
tuum: quia suauis est misericordia
tua. Libera me quia egenus et pau
per ego sum: et cor meum conturbatū
est intra me. Sicut vmbra cum decli
nat ablatus sum: et excussus sum sic
locuste. Genua mea infirmata sūt
a ieiunio: et caro mea immutata est
propter oleum. Et ego factus sum
obprobrium illis: viderunt me et
mouerunt capita sua. Adiuua me
domine deus meus: saluum me fac
propter misericordiam tuam. Et
sciant quia manus tua hec: et tu do
mine fecisti eam. Maledicent illi
et tu benedices. qui insurgunt in me
confundantur: seruus autem tuus

letabitur. Induantur qui detra
hunt michi pudore: et operiantur si
cut diploide confusione sua. Con
fitebor domino nimis in ore meo: et
in medio multorum laudabo eum.
Qui astitit a dextris pauperis: ut
salvam faceret a persequentibus ani
mam meam.



Dixit dominus domino
meo: sede a dextris meis
Donec ponam ini
micos tuos: scabellum
pedum tuorum Vir
gam virtutis tue emittet dominus

ex ſyon dominare in medio inimico
rum tuorum. Tecum principiū
in die virtutis tue in ſplendoribus
ſanctorum: ex utero ante luciferum
genui te. Iuravit dominus et
non penitebit eum: tu es ſacerdos in
eternum ſecundum ordinem mel
chiſedech. Dominus a dextris tuis
confregit in die ire ſue reges. Iudi
cabit in nationibus implebit rui
nas: conquaſſabit capita in terra
multorum. De torrente in via
bibit: propterea exaltabit caput.
Confitebor tibi domine in toto
corde meo: in conſilio iuſto
rum et congregatione. Magna o
pera domini: exquiſita in omnes vo
luntates eius. Confeſſio et mag
nificencia opus eius: et iuſticia eius
manet in ſeculum ſeculi. Memoriā
fecit mirabilium ſuorum miſericors
et miſerator dominus: eſcam dedit

timentibus ſe. Memor erit in ſeculū
teſtamenti ſui. Virtutem operum ſuor(um)
annunciabit populo ſuo. Ut det il
lis hereditatem gentium: opera manu
um eius veritas et iudicium. Fidelia
omnia mandata eius confirmata in
ſeculum ſeculi: facta in veritate et equi
tate. Redemptionem miſit dominus
populo ſuo: mandavit in eternum te
ſtamentum ſuum. Sanctum et ter
ribile nomen eius: initium ſapiencie
timor domini. Intellectus bonus
omnibus facientibus eum: lauda
tio eius manet in ſeculum ſeculi.
Beatus vir qui timet dominū
in mandatis eius volet ni
mis. Potens in terra erit ſemen ei(us)
generatio rectorum benedicetur.
Gloria et divitie in domo eius: et
iuſticia eius manet in ſeculum ſecu
li. Exortum eſt in tenebris lumen
rectis: miſericors et miſerator et iuſt(us)

Iocundus homo qui miseretur et
commodat disponit sermones suos
in iudicio: quia in eternum non com
mouebitur. In memoria eterna
erit iustus: ab auditione mala non
timebit. Paratum cor eius sperare
in domino: confirmatum est cor eius
non commouebitur. donec despiciat
inimicos suos. Dispersit dedit pau
peribus iusticia eius manet in seculū
seculi: cornu eius exaltabitur in glo
ria. Peccator videbit et irascetur den
tibus suis fremet et tabescet: desideri
um peccatorum peribit.

Laudate pueri dominum: lau
date nomen domini. Sit
nomen domini benedictum: ex hoc
nunc et usque in seculum. A solis
ortu usque ad occasum: laudabile no
men domini. Excelsus super omnes
gentes dominus: et super celos glori
a eius. Quis sicut dominus deus

noster qui in altis habitat : et humilia respicit in celo et in terra. Suscitans a terra inopem : et de stercore erigens pauperem. Ut collocet eum cum principibus : cum principibus populi sui. Qui habitare facit sterilem in domo : matrem filiorum letantem.

In exitu israel de egypto domus iacob de populo barbaro.

Facta est iudea sanctificatio eius israel potestas eius. Mare vidit et fugit : iordanis conuersus est retrorsum. Montes exultauerunt ut arietes : et colles sicut agni ouium.

Quid est tibi mare quod fugisti : et tu iordanis quia conuersus es retrorsum. Montes exaltastis sicut arietes et colles sicut agni ouium. A facie domini mota est terra : a facie dei iacob. Qui conuertit petram in stagna aquarum : et rupem in fontes.

aquarum Non nobis domine
non nobis : ſed nomini tuo da glo
riam Super miſericordia tua et
veritate tua : nequando dicant gē
tes ubi eſt deus eorum Deus au
tem noſter in celo : omnia quecūq;
voluit fecit Simulachra genti
um argentum et aurum : opera ma
nuum hominum Os habent et
non loquentur : oculos habent et nō
videbunt Aures habent et nō au
dient : nares habent et non odorabūt
Manus habent et non palpabūt·
pedes habent et non ambulabunt :
non clamabunt in gutture ſuo·
Similes illis fiant qui faciunt
ea : et omnes qui confidunt in eis·
Domus iſrael ſperauit in domino :
adiutor eorum et protector eorum eſt ✠
Qui timent dominum ſperauerūt
in domino : adiutor eorum et protec
tor eorum eſt Dominus memor fuit

✠

Domus aaron ſperauit in dn̄o : ad
iutor eorum et protector eorum eſt· ✠

nostri : et benedixit nobis. Benedixit
domui israel : benedixit domui aaron
Benedixit omnibus qui timent do
minum : pusillis cum maioribus.
Adiciat dominus super vos : super
vos et super filios vestros. Benedicti
vos a domino : qui fecit celum et terrã
Celum celi domino : terram autem
dedit filiis hominum. Non mortui
laudabunt te domine : neq; omnes
qui descendunt in infernum. Sed
nos qui vivimus benedicimus dño :
ex hoc nunc et usq; in seculum.
Dilexi quoniam exaudiet dñs :
vocem orationis mee. Quia
inclinavit aurem suam michi : et in
diebus meis invocabo. Circumde
derunt me dolores mortis : & pericula ĩ
ferni invenerunt me. Tribulatio
nem et dolorem inveni : et nomen do
mini invocavi. O domine libera
animam meam : misericors domin9

et iustus et deus noster miseretur
Custodiens paruulos dominus
humiliatus sum et liberauit me
Conuertere anima mea in requi
em tuam: quia dominus benefecit
tibi Quia eripuit animam meã
de morte: oculos meos a lacrimis pe
des meos a lapsu Placebo domino
in regione viuorum
Credidi propter quod locutus sũ
ego autem humiliatus sum
nimis Ego dixi in excessu meo: oĩs
homo mendax Quid retribuam do
mino: pro omnibus que retribuit m
Calicem salutaris accipiam: et no
men domini inuocabo Uota mea
dño reddam corã omni populo eius:
preciosa in conspectu domini mors
sanctorum eius O domine quia
ego seruus tuus: ego seruus tuus
et filius ancille tue Dirupisti
vincula mea tibi sacrificabo hostiã

laudis et nomen domini invoca
bo. Vota mea domino reddam in
conspectu omnis populi eius: in a
triis domus domini in medio tui
iherusalem.
Laudate dominum omnes
gentes: laudate eum omnes
populi. Quoniam confirmata
est super nos misericordia eius:
et veritas domini manet in eternum.
Confitemini domino quo
niam bonus: quoniam in
seculum misericordia eius. Di
cat nunc israel quoniam bonus:
quoniam in seculum misericordia
eius. Dicat nunc domus aaron:
quoniam in seculum misericordia
eius. Dicant nunc qui timent
dominum: quoniam in seculum
misericordia eius. De tribulatio
ne invocavi dominum: et exaudi
vit me in latitudine dominus.

Dominus michi adiutor : non ti
mebo quid faciat michi homo. Dñs
michi adiutor : et ego despiciam inimi
cos meos. Bonum est confidere in
domino : quam confidere in homine.
Bonum est sperare in domino : quam
sperare in principibus. Omnes gen
tes circuierunt me : et in nomine dñi
quia ultus sum in eos. Circumdan
tes circumdederunt me : et in nomine
domini quia ultus sum in eos. Cir
cumdederunt me sicut apes et exarserunt
sicut ignis in spinis : et in nomine do
mini quia ultus sum in eos. Im
pulsus eversus sum ut caderem : et do
minus suscepit me. Fortitudo me
a et laus mea dominus : et factus est
michi in salutem. Vox exultationis
et salutis : in tabernaculis iustorum.
Dextera domini fecit virtutem dex
tera domini exaltavit me : dextera do
mini fecit virtutem. Non moriar

ſed viuam : et narrabo opera domini
Caſtigans caſtigauit me dñs : et
morti non tradidit me Aperite mi
chi portas iuſticie et ingreſſus in eas cõ
fitebor domino : hec porta domini iuſti
intrabunt in eam Confitebor tibi
quoniam exaudiſti me : et factus es
michi in ſalutem Lapidem quem
reprobauerunt edificantes : hic factus
eſt in caput anguli A domino factũ
eſt iſtud : et eſt mirabile in oculis nr̃is
Hec eſt dies quam fecit dominus :
exultemus et letemur in ea O dñe
ſaluum me fac o domine bene proſpe
rare : benedictus qui venit in nomine
domini Benediximus vobis de do
mo domini : deus dominus et illuxit
nobis Conſtituite diem ſolemnem
in condenſis : uſq; ad cornu altaris .
Deus meus es tu et confitebor tibi :
deus meus es tu et exaltabo te Con
fitebor tibi domine quoniam exaudiſti

me : et factus eſt michi in ſalutem
Confitemini domino quoniam
bonus : quoniam in ſeculum miſeri
cordia eius
Beati immaculati in via : qui
ambulant in lege domini.
Beati qui ſcrutantur teſtimonia
eius : in toto corde exquirunt eum.
Non enim qui operantur iniqui
tatem : in viis eius ambulaverunt
Tu mandaſti : mandata tua cuſto
dire nimis. Utinam dirigantur
vie mee : ad cuſtodiendas iuſtificatio
nes tuas. Tunc non confundar.
cum perſpexero in omnibus man
datis tuis. Confitebor tibi in direc
tione cordis : in eo quod didici iudi
cia iuſticie tue. Iuſtificationes tu
as cuſtodiam : non me derelinquas
uſquequaque.
In quo corrigit adoleſcentior
viam ſuam : in cuſtodiendo

sermones tuos. In toto corde meo
exquisivi te: ne repellas me a manda
tis tuis. In corde meo abscondi elo
quia tua: ut non peccem tibi. Bene
dictus es domine: doce me iustificatio
nes tuas. In labiis meis pronunci
avi omnia iudicia oris tui. In
via testimoniorum tuorum delectatus
sum: sicut in omnibus divitiis. In
mandatis tuis exercebor: et considera
bo vias tuas. In iustificationibus
tuis meditabor: non obliviscar ser
mones tuos.
Retribue servo tuo: vivifica
me et custodiam sermones
tuos. Revela oculos meos: et consi
derabo mirabilia de lege tua. Inco
la ego sum in terra: non abscondas a
me mandata tua. Concupivit anima
mea desiderare iustificationes tuas:
in omni tempore. Increpasti super
bos: maledicti qui declinant a man

datis tuis Aufer a me opprobriũ
et contemptum: quia teſtimonia tua
exquiſiui Etenim ſederunt princi
pes et aduerſum me loquebantur:
ſeruus autem tuus exercebatur in iu
ſtificationibus tuis Nam et teſti
monia tua meditatio mea eſt: et cõ
ſilium meum iuſtificationes tue
Adheſit pauimento anima mea
Viuifica me ſecundum verbũ
tuum Vias meas enunciaui et
exaudiſti me: doce me iuſtificationes
tuas Viam iuſtificationum tuarum
inſtrue me: et exercebor in mirabilibz
tuis Dormitauit anima mea pre
tedio: confirma me in verbis tuis
Viam iniquitatis amoue a me:
et de lege tua miſerere mei Viam ve
ritatis elegi: iudicia tua non ſum obli
tus Adheſi teſtimoniis tuis domine
noli me confundere Viam man
datorum tuorum cucurri: cum dilata

sti cor meum ·
Legem pone michi domine viā
iustificationum tuarum : et
exquiram eam semper. Da michi
intellectum et scrutabor legem tuam : et
custodiam illam in toto corde meo ·
Deduc me in semita mandatorum
tuorum : quia ipsam volui. Inclī
na cor meum in testimonia tua : et nō
in avariciam. Averte oculos meos
ne videant vanitatem : in via tua vi
vifica me. Statue servo tuo eloquiū
tuum : in timore tuo. Amputa op
probrium meum quod suspicatus sum :
quia iudicia tua iocunda. Ecce concu
pivi mandata tua : in equitate tua vi
vifica me ·
Et veniat super me misericordia
tua domine : salutare tuum se
cundum eloquium tuum. Et respō
debo exprobrantibus michi verbum :
quia speravi in sermonibus tuis. Et

ne auferas de ore meo verbum verita
tis vsquequaque: quia in iudiciis tuis
supersperaui. Et custodiam legem
tuam semper in seculum et in seculu
seculi. Et ambulabam in latitudine
quia mandata tua exquisiui. Et
loquebar de testimoniis tuis in cons
pectu regum: et non confundebar.
Et meditabar in mandatis tuis
que dilexi. Et leuaui manus me
as ad mandata tua que dilexi: et ex
ercebor in iustificationibus tuis.
Memor esto verbi tui seruo tuo:
in quo michi spem dedisti.
Hec me consolata est in humilita
te mea: quia eloquium tuum viuifi
cauit me. Superbi inique agebant
vsquequaque: a lege autem tua non de
clinaui. Memor fui iudiciorum tuo
rum a seculo tuo domine: et consola
tus sum. Defectio tenuit me: pro
peccatoribus derelinquentibus legem

tuam. Cantabiles michi erant iu
stificationes tue: in loco peregrinatio
nis mee. Memor fui nocte nominis
tui domine: et custodivi legem tuam.
Hec facta est michi: quia iustifi
cationes tuas exquisivi.
Portio mea domine: dixi custo
dire legem tuam. Depreca
tus sum faciem tuam in toto corde
meo: miserere mei secundum eloqui
um tuum. Cogitavi vias meas:
et converti pedes meos in testimonia
tua. Paratus sum et non sum tur
batus: ut custodiam mandata tua.
Funes peccatorum circumplexi
sunt me: et legem tuam non sum
oblitus. Media nocte surgebam
ad confitendum tibi: super iudicia
iustificationis tue. Particeps ego
sum omnium timentium te: et cu
stodientium mandata tua. Mise
ricordia tua domine plena est terra.

iustificationes tuas doce me.
Bonitatem fecisti cum servo
tuo domine: secundum ver-
bum tuum. Bonitatem et disci-
plinam et scienciam doce me: quia in
mandatis tuis credidi. Priusquam
humiliarer ego deliqui: propterea
eloquium tuum custodivi. Bonus
es tu: et in bonitate tua doce me iu-
stificationes tuas. Multiplicata est
super me iniquitas superborum:
ego autem in toto corde meo scrutabor
mandata tua. Coagulatum est
sicut lac cor eorum: ego vero legem
tuam meditatus sum. Bonum
michi quia humiliasti me: ut discam
iustificationes tuas. Bonum michi
lex oris tui: super milia auri et argenti.
Manus tue domine fecerunt
me et plasmaverunt me:
da michi intellectum ut discam man-
data tua. Qui timent te videbunt

me et letabuntur: quia in verba tua
ſuperſperaui. Cognoui dñe quia
equitas iudicia tua: et in veritate
tua humiliaſti me. Fiat miſeri
cordia tua ut conſoletur me: ſecun
dum eloquium tuum ſeruo tuo.
Veniant michi miſerationes
tue et viuam: quia lex tua medi
tatio mea eſt. Confundantur ſu
perbi quia iniuſte iniquitatem fe
cerunt in me: ego autem exercebor
in mandatis tuis. Conuertantur
michi timentes te: et qui nouerũt
teſtimonia tua. Fiat cor meum
immaculatum in iuſtificationibz
tuis: ut non confundar.
Defecit in ſalutare tuum aĩa
mea: et in verbum tuum
ſuperſperaui. Defecerunt oculi
mei in eloquium tuum: dicentes
quando conſolaberis me. Quia
factus ſum ſicut vter in pruina:

iuſtificationes tuas non ſum obli
tus. Quot ſunt dies ſerui tui :
quando facies de perſequentibus
me iudicium. Narrauerunt mi
chi iniqui fabulationes : ſed non
ut lex tua. Omnia mandata tu
a ueritas : iniqui perſecuti ſunt me
adiuua me. Paulominus con
ſummauerunt me in terra : ego
autem non dereliqui mandata tua
Secundum miſericordiam tuā
uiuifica me : et cuſtodiam teſtimo
nia oris tui.

In eternum domine : uerbū
tuum permanet in celo.
In generatione et generationē
ueritas tua : fundaſti terram et per
manet. Ordinatione tua perſe
uerat dies : quoniam omnia ſer
uiunt tibi. Niſi q' lex tua me
ditatio mea eſt : tunc forte periſſē
in humilitate mea. In eternū

non obliviscar iustificationes tuas:
quia in ipsis vivificasti me Tu
us sum ego salvum me fac: qm
iustificationes tuas exquisivi.
Me expectaverunt peccatores ut
perderent me: testimonia tua intel
lexi Omnis consummationis
vidi finem: latum mandatum tu
um nimis.
Quomodo dilexi legem tuam
domine: tota die meditatio
mea est Super inimicos meos pru
dentem me fecisti mandato tuo: qa
in eternum michi est Super om
nes docentes me intellexi: quia testi
monia tua meditatio mea est.
Super senes intellexi: quia man
data tua quesivi Ab omni via
mala prohibui pedes meos: ut custo
diam verba tua A iudiciis tuis
non declinavi: quia tu legem posui
sti michi Quam dulcia faucibus

meis eloquia tua: super mel ori meo
A mandatis tuis intellexi: prop
terea odivi omnem viam iniquita
tis

Lucerna pedibus meis verbũ
tuum: et lumen semitis
meis Iuravi et statui: custodire
iudicia iusticie tue Humiliatus
sum usquequaque domine vivifica me
secundum verbum tuum Volun
taria oris mei beneplacita fac dñe: &
iudicia tua doce me Anima mea
in manibus meis semper: et legem
tuam non sum oblitus Posuerũt
peccatores laqueum michi: et de mã
datis tuis non erravi Hereditate
acquisivi testimonia tua ineternum
quia exultatio cordis mei sunt In
clinavi cor meum ad faciendas iusti
ficationes tuas ineternum: propter
retributionem

Iniquos odio habui: et legem

tuam dilexi Adiutor et ſuſceptor
meus es tu : et in verbum tuum ſup
ſperaui Declinate a me maligni
et ſcrutabor mandata dei mei Su
ſcipe me ſecundum eloquium tuum
et viuam : et non confundas me ab
expectatione mea Adiuua me et
ſaluus ero : et meditabor in iuſtifica
tionibus tuis ſemper Spreuiſti
omnes diſcedentes a iudiciis tuis :
quia iniuſta cogitatio eorum .
Preuaricantes reputaui omnes
peccatores terre : ideo dilexi teſtimo
nia tua Confige timore tuo car
nes meas : a iudiciis enim tuis timui .
Feci iudicium et iuſticiam : no
tradas me calumpniantibz
me Suſcipe ſeruum tuum in bo
num : non calumpnientur me ſuper
bi Oculi mei defecerunt in ſaluta
re tuum : et in eloquium ~~tuum~~ iu
ſticie tue Fac cum ſeruo tuo ſe

cundum miſericordiam tuam : et iu
ſtificationes tuas doce me Seruus
tuus ſum ego : da michi intellectum
ut ſciam teſtimonia tua Tempus
faciendi domine : diſſipauerunt legē
tuam Ideo dilexi mandata tua
ſuper aurum et topazion Propter
ea ad omnia mandata tua dirigebar
omnem viam iniquam odio habui
Mirabilia teſtimonia tua dn̄e :
ideo ſcrutata eſt ea anima mea
Declaratio ſermonum tuorum illu
minat : et intellectum dat paruulis
Os meum aperui et attraxi ſpiritū
quia mandata tua deſiderabam As
pice in me et miſerere mei : ſecundū
iudicium diligentium nomen tuum
Greſſus meos dirige ſecundum
eloquium tuum : ut non dominetur
mei omnis iniuſticia Redime
me a calumpniis hominum : ut cu
ſtodiam mandata tua Faciem

tuam illumina ſuper ſeruum tuum
et doce me iuſtificationes tuas .
Exitus aquarum deduxerūt ocu
li mei : quia non cuſtodierunt legē
tuam .
Iuſtus es domine : et rectum
iudicium tuum. Mandaſti
iuſticiam teſtimonia tua : et Verita
tem tuam nimis. Tabeſcere me fe
cit zelus meus : quia obliti ſunt Ver
ba tua inimici mei. Ignitum elo
quium tuum Vehementer : et ſeruus
tuus dilexit illud. Adoleſcentulus
ſum ego et contemptus : iuſtificatio
nes tuas non ſum oblitus. Iu
ſticia tua iuſticia ineternum : et lex
tua Veritas. Tribulatio et angu
ſtia inuenerunt me : mandata tua
meditatio mea eſt. Equitas teſti
monia tua ineternum : intellectum
da michi et Viuam .

Clamaui in toto corde exaudi
me domine : iustificationes
tuas requiram Clamaui ad te
saluum me fac . ut custodiam man
data tua Preueni in maturitate
et clamaui : quia in verba tua supersp
raui Preuenerunt oculi mei ad te
diluculo : ut meditarer eloquia tua
Vocem meam audi secundum mi
sericordiam tuam domine : et secun
dum iudicium tuum viuifica me
Appropinquauerunt persequentes
me iniquitati : a lege autem tua lon
ge facti sunt Prope es tu domine
et omnes vie tue veritas Initio
cognoui de testimoniis tuis : quia in
eternum fundasti ea
Vide humilitatem meam et eri
pe me : quia legem tuam non
sum oblitus Iudica iudicium me
um et redime me : propter eloquium
tuum viuifica me Longe a pec

catoribus salus: quia iustificationes
tuas non exquisierunt. Misericor
die tue multe domine: secundum iu
dicium tuum vivifica me. Multi
qui persequuntur me et tribulant me:
a testimoniis tuis non declinavi.
Vidi prevaricantes et tabescebam:
quia eloquia tua non custodierunt.
Vide quoniam mandata tua di
lexi domine: in misericordia tua vi
vifica me. Principium verborum
tuorum veritas: in eternum omnia
iudicia iusticie tue.
Principes persecuti sunt me
gratis: et a verbis tuis formi
davit cor meum. Letabor ego super
eloquia tua: sicut qui invenit spolia
multa. Iniquitatem odio habui
et abhominatus sum: legem autem
tuam dilexi. Septies in die laudem
dixi tibi: super iudicia iusticie tue.
Pax multa diligentibus legem

tuam : et non eſt illis ſcandalum .
Expectabam ſalutare tuum do
mine : et mandata tua dilexi. Cu
ſtodiuit anima mea teſtimonia tua
et dilexit ea vehementer. Seruaui
mandata tua et teſtimonia tua : quia
omnes vie mee in conſpectu tuo.
Appropinquet deprecatio mea
in conſpectu tuo domine :
iuxta eloquium tuum da michi intel
lectum. Intret poſtulatio mea in
conſpectu tuo : ſecundum eloquium
tuum eripe me. Eructabunt labia
mea hymnum : cum docueris me iu
ſtificationes tuas. Pronunciabit
lingua mea eloquium tuum : quia
omnia mandata tua equitas .
Fiat manus tua ut ſaluet me :
quoniam mandata tua elegi. Con
cupiui ſalutare tuum domine : et
lex tua meditatio mea eſt. Viuet
anima mea et laudabit te : et iudicia

tua adiuvabunt me. Erravi sicut
ovis que periit: quere servum tuum
quia mandata tua non sum oblitus.
Ad dominum cum tribularer
clamavi: et exaudivit me.
Domine libera animam meam
a labiis iniquis: et a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut quid apponatur
tibi: ad linguam dolosam. Sagit
te potentis acute: cum carbonibus
desolatoriis. Heu michi quia inco
latus meus prolongatus est: habi
tavi cum habitantibus cedar: mul
tum incola fuit anima mea. Cum
hiis qui oderunt pacem eram pacifi
cus: cum loquebar illis impugna
bant me gratis.
Levavi oculos meos in montes:
unde veniat auxilium mi
chi. Auxilium meum a domino:
qui fecit celum et terram. Non det
in commotionem pedem tuum: ne

q; dormitet qui cuſtodit te. Ecce nō
dormitabit neq; dormiet qui cuſtodit
iſrael. Dominus cuſtodit te domi
nus protectio tua ſuper manum dex
teram. Per diem ſol non uret te: ne
q; luna per noctem. Dominus cu
ſtodit te ab omni malo: cuſtodiat ani
mam tuam dominus. Dominus
cuſtodiat introitum tuum et exitum
tuum: ex hoc nunc et uſq; in ſeculum.

Letatus ſum in hiis que dicta
ſunt michi: in domum do
mini ibimus. Stantes erant pe
des noſtri: in atriis tuis iheruſalem.
Iheruſalem que edificatur ut ci
uitas: cuius participatio eius in id
ipſum. Illuc enim aſcenderunt
tribus tribus domini: teſtimonium
iſrael ad confitendum nomini dñi.
Quia illic ſederunt ſedes in iudi
cio: ſedes ſuper domum dauid. Ro
gate que ad pacem ſunt iheruſalem:

et habundancia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua: et habun
dancia in turribus tuis. Propter
fratres meos et proximos meos: loq
bar pacem de te. Propter domum
domini dei nostri: quesivi bona tibi.
Ad te levavi oculos meos: qui
habitas in celis. Ecce sicut
oculi servorum: in manibus domi
norum suorum. Sicut oculi ancil
le in manibus domine sue. ita oculi
nostri ad dominum deum nostrum donec
misereatur nostri. Miserere nostri
domine miserere nostri: quia mul
tum repleti sumus despectione.
Quia multum repleta est anima
nostra: opprobrium habundantibz
et despectio superbis.
Nisi quia dominus erat in no
bis dicat nunc israel: nisi
quia dominus erat in nobis. Cum
exurgerent homines in nos: forte

viuos deglutissent nos Cum irasce
retur furor eorum in nos: forsitan
aqua absorbuisset nos Torrentē
pertransiuit anima nostra: forsitā
pertransisset anima nostra aquam
intollerabilem Benedictus domi
nus qui non dedit nos in captione
dentibus eorum Anima nostra
sicut passer erepta est: de laqueo venā
tium Laqueus contritus est: et
nos liberati sumus Adiutorium
nostrum in nominē domini: qui fe
cit celum et terram

Qui confidunt in domino si
cut mons syon: non cōmo
uebitur ineternum qui habitat in
ierusalem Montes in circuitu eiꝰ
et dominus in circuitu populi sui ex
hoc nunc et usqꝫ in seculum Quia
non relinquet dominus virgam pec
catorum super sortem iustorum: ut
non extendant iusti ad iniquitatē

manus ſuas. Benefac domine:
bonis et rectis corde. Declinantes
autem in obligationes adducet do
minus cum operantibus iniqui
tatem: pax ſuper iſrael.

In convertendo dominus
captivitatem ſyon: facti ſu
mus ſicut conſolati. Tunc reple
tum eſt gaudio os noſtrum: et lin
gua noſtra exultatione. Tunc
dicent inter gentes: magnificavit
dominus facere cum eis. Magnifi
cavit dominus facere nobiſcum:
facti ſumus letantes. Converte
domine captivitatem noſtram:
ſicut torrens in auſtro. Qui ſemi
nant in lacrimis: in exultatione
metent. Euntes ibant et flebant:
mittentes ſemina ſua. Venientes
autem venient cum exultatione:
portantes manipulos ſuos.

Niſi dominus edificauerit domū
in vanum laborauerunt qui
edificant eam. Niſi dominus cuſtodi
erit ciuitatem: fruſtra vigilat qui cu
ſtodit eam. Uanum eſt vobis ante
lucem ſurgere: ſurgite poſtquam ſe
deritis qui manducatis panem dolo
ris. Cum dederit dilectis ſuis ſomp
num: ecce hereditas domini filii mer
ces fructus ventris. Sicut ſagitte ī
manu potentis: ita filii excuſſorum.
Beatus vir qui impleuit deſideriū
ſuum ex ipſis: non confundetur cum
loquetur inimicis ſuis in porta.

Beati omnes qui timent do
minum: qui ambulant ī
viis eius. Labores manuum tua
rum quia manducabis beatus es: et
bene tibi erit. Uxor tua ſicut vitis
habundans: in lateribus domus tue.
Filii tui ſicut nouelle oliuarum
in circuitu menſe tue. Ecce ſic be

nedicetur

nedicetur homo : qui timet dominū
Benedicat tibi dominus ex ſyon :
ut videas bona iheruſalem omnibꝫ
diebus vite tue Et videas filios
filiorum tuorum : pacem ſuper iſrael
Sepe expugnauerunt me a
iuuentute mea dicat nunc
iſrael Sepe expugnauerunt me
a iuuentute mea : etenim non potue
runt michi Supra dorſum meū
fabricauerunt peccatores : prolonga
uerunt iniquitatem ſuam Dn̄s
iuſtus concidet ceruices peccatorum :
confundantur et conuertantur re
trorſum omnes qui oderunt ſyon .
Fiant ſicut fenum tectorū : quod
priuſquam euellatur exaruit De
quo non impleuit manum ſuam
qui metet : et ſinum ſuum qui ma
nipulos colliget Et non dixerūt
qui preteribant benedictio domini
ſuper vos benediximus vobis in no

mine domine.
De profundis clamaui ad te
domine: dñe exaudi vocem
meam Fiant aures tue intendē
tes in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris dñe:
domine quis sustinebit Quia
apud te propiciatio est: et propter
legem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in verbo
eius: sperauit anima mea in domi
no A custodia matutina usq; ad
noctem: speret israel in domino.
Quia apud dominum misericor
dia: et copiosa apud eum redēptio
Et ipse redimet israel: ex omni
bus iniquitatibus eius.
Domine non est exaltatū cor
meum: neq; elati sunt ocu
li mei Neq; ambulaui in magnis
neq; in mirabilibus super me Si
non humiliter sentiebam: sed exal

tam animam meam Sicut abla
ctatus est super matre sua : ita retri
butio in anima mea Speret isra
el in domino : ex hoc nunc et usque in seculum
Memento domine dauid : et
omnis mansuetudinis eius
Sicut iurauit domino : uotum uo
uit deo iacob Si introiero in taber
naculum domus mee : si ascendero in
lectum strati mei Si dedero sompnum
oculis meis : et palpebris meis dormi
tationem Et requiem temporibus
meis donec inueniam locum domi
no : tabernaculum deo iacob Ecce
audiuimus eam in effrata : inuenimus
eam in campis silue Introibimus
in tabernaculum eius : adorabimus
in loco ubi steterunt pedes eius .
Surge domine in requiem tuam
tu et archa sanctificationis tue Sa
cerdotes tui induantur iusticia : et
sancti tui exultent Propter da

uid ſeruum tuum : non auertas faciē
xpriſti tui Iurauit dominus da
uid veritatem et non fruſtrabitur eū
de fructu ventris tui ponam ſuper ſe
dem tuam Si cuſtodierint filii tui
teſtamentum meum : et teſtimonia
mea hec que docebo eos Et filii eorū
uſque in ſeculum : ſedebunt ſuper ſedem
tuam Quoniam elegit dominus
ſyon : elegit eam in habitationem ſi
bi Hec requies mea in ſeculum ſe
culi : hic habitabo quoniam elegi eā
Viduam eius benedicens benedi
cam : pauperes eius ſaturabo panibz
Sacerdotes eius induam ſaluta
ri : et ſancti eius exultatione exulta
bunt Illuc producam cornu dauid
paraui lucernam xpriſto meo
Inimicos eius induam confu
ſione : ſuper ipſum autem efflorebit
Sanctificatio mea.
Ecce quam bonum et quam

iocundum : habitare fratres in unum
Sicut unguentum in capite quod
deſcendit in barbam: barbam aaron .
Quod deſcendit in orā veſtimenti
eius : ſicut ros hermon qui deſcendit
in montem ſyon Quoniam illic
mandavit dominus benedictionem
et vitam uſq; in ſeculum
Ecce nunc benedicite dominū
omnes ſervi domini Qui
ſtatis in domo domini : in atriis do
mus dei noſtri In noctibus extol
lite manus veſtras in ſancta : et bene
dicite domino Benedicat te dn̄s
ex ſyon : qui fecit celum et terram .
Laudate nomen domini : lau
date ſervi dominum. Qui
ſtatis in domo domini : in atriis do
mus dei noſtri Laudate dn̄m quia
bonus dominus : pſallite nomini
eius quoniam ſuave eſt Quoniā
iacob elegit ſibi dominus : iſrael in

possessionem sibi Quia ego cogno
vi q' magnus est dominus : et deus
noster pre omnibus diis Omnia
quecumqȝ voluit dominus fecit in
celo et in terra : in mari et in omnibȝ
abyssis Educens nubes ab extre
mo terre : fulgura in pluviam fecit
Qui producit ventos de thesauris
suis : qui percussit primogenita egip
ti ab homine usqȝ ad pecus Emi
sit signa et prodigia in medio tui e
gypti : in pharaonem et in omnes ser
vos eius Qui percussit gentes mul
tas : et occidit reges fortes Seon re
gem amorreorum et og regem basan
et omnia regna chanaan Et de
dit terram eorum hereditatem : here
ditatem israel populo suo Dne
nomen tuum in eternum : domine
memoriale tuum in generatione et
generationem Quia iudicabit
dominus populum suum : et in ser

ine suis deprecabitur Simula
chra gentium argentum et aurum:
opera manuum hominum Os
habent et non loquentur: oculos ha
bent et non videbunt Aures ha
bent et non audient: neque enim est
spiritus in ore ipsorum Similes
illis fiant qui faciunt ea: et omnes
qui confidunt in eis Domus isr'
benedicite domino: domus aaron be
nedicite domino Domus levi be
nedicite domino: qui timetis dnm
benedicite domino Benedictus
dominus ex syon: qui habitat ihe
rusalem.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in eter
num misericordia eius Confite
mini deo deorum: quoniam in secu
lum misericordia eius Confitemi
ni domino dominorum: quoniam
in seculum misericordia eius Qui

facit mirabilia magna solus: quo
niam in seculum misericordia eius
Qui fecit celos in intellectu: qm̄
in seculum misericordia eius. Qui
firmauit terram super aquas: qm̄
in seculum misericordia eius. Qui
fecit luminaria magna: quoniam
in seculum misericordia eius. So
lem in potestatem diei: qm̄ in secu
lum misericordia eius. Lunam
et stellas in potestatem noctis: qm̄
in seculum misericordia eius. Qui
percussit egiptum cum primogenitis
eorum: qm̄ in seculum misericordia
eius. Qui eduxit israel de medio eo
rum: qm̄ in seculum misericordia ei9
In manu potenti et brachio ex
celso: qm̄ in seculum misericordia
eius. Qui diuisit mare rubrum in
diuisiones: qm̄ in seculum misericor
dia eius. Et eduxit israel per me
dium eius: quoniam in seculum

miſericordia eius Et excuſſit pha
raonem et virtutem eius in mari ru
bro: qm̄ in ſeculum miſericordia eius
Qui + traduxit populum ſuum
per deſertum: qm̄ in ſeculum miſeri
cordia eius Qui percuſſit gentes
multas: qm̄ in ſeculum miſericor
dia eius Et occidit reges fortes:
qm̄ in ſeculum miſericordia eius
Seon regem amorreorum: quo
niam in ſeculum miſericordia eius
Et og regem baſan: quoniam
in ſeculum miſericordia eius Et
dedit terram eorum hereditatem:
qm̄ in ſeculum miſericordia eius
Hereditatem iſrael ſeruo ſuo:
qm̄ in ſeculum miſericordia eius
Quia in humilitate noſtra me
mor fuit noſtri: qm̄ in ſeculum mi
ſericordia eius Et redemit nos ab
inimicis noſtris: qm̄ in ſeculum
miſericordia eius Qui dat eſcam

omni carni: quoniam in ſeculum
miſericordia eius. Confitemini deo
celi: quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Confitemini domino dominorum:
quoniam in eternum miſericordia eius.
Super flumina babylonis il
lic ſedimus et fleuimus: dum
recordaremur ſyon. In ſalicibus
in medio eius: ſuſpendimus organa
noſtra. Quia illic interrogauerunt
nos qui captiuos duxerunt nos: uer
ba cantionum. Et qui abduxerunt
nos: hymnum cantate nobis de can
ticis ſyon. Quomodo cantabimus
canticum domini: in terra aliena.
Si oblitus fuero tui iheruſalem:
obliuioni detur dextera mea. Adhere
at lingua mea faucibus meis: ſi non me
minero tui. Si non propoſuero ihe
ruſalem: in principio leticie mee.
Memor eſto domine filiorum edom:
in die iheruſalem. Qui dicunt ex

manite : exinanite usque ad fundamen-
tum in ea. Filia babilonis misera
beatus qui retribuet tibi retributionem
tuam quam retribuisti nobis. Be-
atus qui tenebit : et allidet paruulos
suos ad petram.

Confitebor tibi domine in toto
corde meo : quoniam audisti
verba oris mei. In conspectu ange-
lorum psallam tibi : adorabo ad tem-
plum sanctum tuum et confitebor no-
mini tuo. Super misericordia tua
et veritate tua : quoniam magnificasti su-
per omne nomen sanctum tuum.
In quacumque die inuocauero te
exaudi me : multiplicabis in anima
mea virtutem. Confiteantur tibi
domine omnes reges terre : quia au-
dierunt omnia verba oris tui. Et
cantent in viis domini : quoniam
magna est gloria domini. Quoniam ex-
celsus dominus et humilia respicit :

et alta a longe cognoſcit. Si ambu
lauero in medio tribulationis viuifi
cabis me: et ſuper iram inimicorum
meorum extendiſti manum tuam:
et ſaluum me fecit dextera tua. Do
minus retribuet pro me domine mi
ſericordia tua in ſeculum: opera ma
nuum tuarum ne deſpicias.

Domine probaſti me et cog
nouiſti me: tu cognouiſti
ſeſſionem meam et reſurrectionem
meam. Intellexiſti cogitationes
meas de longe: ſemitam meam et
funiculum meum inueſtigaſti. Et
omnes vias meas preuidiſti: quia
non eſt ſermo in lingua mea. Ecce
domine tu cognouiſti omnia nouiſſi
ma et antiqua: tu formaſti me et po
ſuiſti ſuper me manum tuā. Mira
bilis facta eſt ſciencia tua ex me: con
fortata eſt et non potero ad eam. Quo
ibo a ſpiritu tuo: et quo a facie tua fu

giam Si aſcendero in celum tu il
lic es: ſi deſcendero ad infernum ades
Si ſumpſero pennas meas dilucu
lo: et habitauero in extremis maris
Etenim illuc manus tua deducet me:
et tenebit me dextera tua Et dixi
forſitan tenebre conculcabunt me:
et nox illuminatio mea in deliciis me
is Quia tenebre non obſcurabuntur
a te et nox ſicut dies illuminabitur:
ſicut tenebre eius ita et lumen eius.
Quia tu poſſediſti renes meos: ſuſce
piſti me de vtero matris mee Con
fitebor tibi quia terribiliter magnifi
catus es: mirabilia opera tua et anima
mea cognoſcet nimis Non eſt occul
tatum os meum a te quod feciſti in oc
culto: et ſubſtancia mea in inferioribus
terre Imperfectum meum viderunt
oculi tui et in libro tuo omnes ſcribentur
dies formabuntur et nemo in eis.
Michi autem nimis honorificati ſunt

amici tui deus: nimis confortatus
est principatus eorum. Dinumera
rabo eos et super arenam multiplica
buntur: exurrexi et adhuc sum tecū.
Si occideris deus peccatores: viri
sanguinum declinate a me. Quia
dicitis in cogitatione: accipiant in
vanitate civitates suas. Nonne q̄
oderunt te domine oderam: et super
inimicos tuos tabescebam. Perfecto
odio oderam illos: inimici facti sunt
michi. Proba me deus et scito cor
meum: interroga me et cognosce semi
tas meas. Et vide si via iniquita
tis in me est: et deduc me in via eterna.
Eripe me domine ab homine
malo: a viro iniquo eripe
me. Qui cogitaverunt iniquitates
in corde: tota die constituebant prelia.
Acuerunt linguā suā sicut serpē
tes: venenum aspidum sub labiis eorum.
Custodi me domine de manu pec
catoris: ab hominibz iniquis eripe me.

Qui cogitauerūt supplātare gressus
meos: absconderūt sup̄bi laqueū michi.
Et funes extenderunt in laqueū: iuxta
it̄ scandalū posuerūt michi. Dixi dño
deus meus es tu: exaudi domine vo
cem deprecationis mee. Domine
dñe virtus salutis mee: obumbrasti
super caput meum in die belli. Nō
tradas me dñe a desiderio meo pecca
tori: cogitauerunt contra me ne dere
linquas me ne forte exaltentur. Ca
put circuitus eorum: labor labiorum
ipsorum operiet eos. Cadent super
eos carbones: in ignem deicies eos in
miseriis non subsistent. Vir linguo
sus non dirigetur in terra: virum in
iustum mala capient in interitu.
Cognoui quia faciet dominus iu
dicium inopis: et vindictam paupe
rum. Verumptamen iusti confite
buntur nomini tuo: et habitabunt
recti cum vultu tuo.

Domine clamaui ad te exaudi
me: intende voci mee cum cla
mauero ad te Dirigatur oratio
mea ſicut incenſum in conſpectu tuo
eleuatio manuum mearum ſacrifi
cium veſpertinum Pone dñe custo
diam ori meo: et oſtium circumſtan
cie labiis meis Non declinet cor
meum in verba malicie: ad excuſan
das excuſationes in peccatis Cum
hominibus operantibus iniquitatem
et non communicabo cum electis eorum
Corripiet me iuſtus in miſericor
dia et increpabit me: oleum autem
peccatoris non impinguet caput meum
Quoniam adhuc et oratio mea
in beneplacitis eorum: abſorti ſunt
iuncti petre iudices eorum Audient
verba mea quoniam potuerunt: ſi
cut craſſitudo terre erupta eſt ſuper ter
ram Diſſipata ſunt oſſa nr̃a ſecus
infernum: quia ad te domine dñe

oculi mei : in te speraui non auferas
animam meam Custodi me a laqueo
quem statuerunt michi : et a scandalis
operantium iniquitatem Cadent
in retiaculo eius peccatores : singulari
ter sum ego donec transeam .
Voce mea ad dominum clama
ui : voce mea ad dominum de
precatus sum Effundo in conspectu
eius orationem meam : et tribulatio
nem meam ante ipsum pronuncio .
In deficiendo ex me spiritum meum
et tu cognouisti semitas meas In
via hac qua ambulabam : abscondе
runt laqueum michi Considera
bam ad dexteram et videbam : et non
erat qui cognosceret me Periit fuga
a me : et non est qui requirat animam
meam Clamaui ad te domine :
dixi tu es spes mea portio mea in terra
viuentium Intende ad deprecatio
nem meam : quia humiliatus sum

nimis. Libera me a perſequentibꝫ
me: quia confortati ſunt ſuper me.
Educ de cuſtodia animam meā
ad confitendum nomini tuo: me ex
pectant iuſti donec retribuas michi.
Domine exaudi orationem me
am auribus percipe obſecra
tionem meam. in veritate tua exaudi
me in tua iuſticia. Et non intres
in iudicium cum ſervo tuo: quia nō
iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis
vivens. Quia perſecutus eſt inimi
cus animam meam: humiliavit in
terra vitam meam. Collocavit me
in obſcuris ſicut mortuos ſeculi: et
anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus
in me turbatum eſt cor meum. Me
mor fui dierum antiquorum: me
ditatus ſum in omnibus operibus
tuis: in factis manuum tuarum me
ditabar. Expandi manus meas
ad te: anima mea ſicut terra ſine aq̄

tibi Velociter exaudi me domine:
defecit ſpiritus meus Non auer
tas faciem tuam a me et ſimilis ero
deſcendentibus in lacum Audi
tam fac michi mane miſericordiā
tuam quia in te ſperaui Notam
fac michi viam in qua ambulem
quia ad te leuaui animam meam
Eripe me de inimicis meis: do
mine ad te confugi doce me facere
voluntatē tuā quia deus meus es tu
Spiritus tuus bonus deducet me
in terram rectam: propter nomen
tuum domine viuificabis me in
equitate tua Educes de tribula
tione animam meam: et in miſe
ricordia tua diſperdes omnes inimi
cos meos Et perdes omnes qui tri
bulant animam meam quoniam
ego ſeruus tuus ſum.

Benedictus dominus deus
meus qui docet manus

meas ad prelium : et digitos meos ad
bellum Miſericordia mea et refugi
um meum : ſuſceptor meus et libera
tor meus Protector meus et in ipſo
ſperaui : qui ſubdis populum meum
ſub me Domine quid eſt homo quia
innotuiſti ei : aut filius hominis quia
reputas eum Homo vanitati ſimilis
factus eſt : dies eius ſicut vmbra preteriit
Domine inclina celos tuos et deſcende
tange montes et fumigabunt Ful
gura coruſcationem et diſſipabis eos :
emitte ſagittas tuas et conturbabis
eos Emitte manum tuam de alto
eripe me et libera me de aquis multis
et de manu filiorum alienorum .
Quorum os locutum eſt vanitatem
et dextera eorum dextera iniquitatis
Deus canticum nouum cantabo
tibi : in pſalterio decachordo pſallam
tibi Qui das ſalutem regibus qui
redemiſti dauid ſeruum tuum : de gla

dio maligno eripe me Et erue me
de manu filiorum alienorum quorum
os locutum eſt vanitatem : et dextera
eorum dextera iniquitatis Quorũ
filii . ſicut novelle plantationes in iu
ventute ſua Filie eorum compoſi
te : circumornate ut ſimilitudo tem
pli Promptuaria eorum plena :
eructantia ex hoc in illud Oves eor
fetoſe habundantes ĩ egreſſibus ſuis :
boves eorum craſſe Non eſt ruina
macerie : neque tranſitus neque clamor
in plateis eorum Beatum dixerũt
populum cui hec ſunt : beatus popu
lus cuius dominus deus eius .

Exaltabo te deus meus rex : et
benedicam nomini tuo in ſe
culum : et in ſeculum ſeculi Per
ſingulos dies benedicam tibi : et lau
dabo nomen tuum in ſeculum . et in
ſeculum ſeculi Magnus dominus
et laudabilis nimis : et magnitudĩs

eius non eſt finis Generatio et
generatio laudabit opera tua : et po
tenciam tuam pronunciabunt .
Magnificenciam glorie ſanctita
tis tue loquentur : et mirabilia tua
narrabunt Et virtutem terri
bilium tuorum dicent : et magni
tudinem tuam narrabunt Me
moriam habundancie ſuauitatis
tue eructabunt : et iuſticia tua exul
tabunt Miſerator et miſericors
dominus : paciens et multum miſe
ricors Suauis dominus vniuer
ſis : et miſeraciones eius ſuper om
nia opera eius Confiteantur tibi
domine omnia opera tua : et ſancti
tui benedicant tibi Gloriā regni
tui dicent : et potenciam tuam lo
quentur Ut notam faciant filiis
hominum potenciam tuam : et glo
riam magnificencie regni tui .
Regnum tuum regnum omniū

ſeculorum : et dominatio tua in -
omni generatione et generationem
Fidelis dominus in omnibus
verbis ſuis : et ſanctus in omnibus
operibus ſuis Allevat dominus
omnes qui corruunt : et erigit om
nes eliſos Oculi omnium in te
ſperant domine : et tu das illis eſcã
in tempore oportuno Aperis tu
manum tuam : et imples omne
animal benedictione Iustus
dominus in omnibus viis ſuis :
et ſanctus in omnibus operibus
ſuis Prope eſt dominus omni
bus invocantibus eum : omnib;
invocantibus eum in veritate .
Voluntatem timentium ſe faciet
et deprecationem eorum exaudiet :
et ſalvos faciet eos Cuſtodit do
minus omnes diligentes ſe : et
omnes peccatores diſperdet .
Laudationem domini loquet

os meum: et benedicat omnis caro
nomini ſancto eius in ſeculum et
in ſeculum ſeculi

Lauda anima mea domi
num. laudabo dominum
in vita mea: pſallam deo meo quam
diu fuero. Nolite confidere in
principibus: in filiis hominum
in quibus non eſt ſalus. Exibit
ſpiritus eius et revertetur in terram
ſuam: in illa die peribunt omnes
cogitationes eorum. Beatus cu
ius deus iacob adiutor eius ſpes eius
in domino deo ipſius qui fecit ce
lum et terram mare et omnia que
in eis ſunt. Qui cuſtodit veritatem
in ſeculum facit iudicium: iniuriam
pacientibus dat eſcam eſurientibus
Dominus ſolvit compeditos: do
minus illuminat cecos. Domi
nus erigit eliſos: dominus diligit
iuſtos. Dominus cuſtodit adve

nas pupillum et viduam ſuſcipi
et: et vias peccatorum diſperdet
Regnabit dominus in ſecula
deus tuus ſyon: in generatione
et generationem
Laudate dominum quoni
am bonus eſt pſalmus:
deo noſtro ſit iocunda decoraque lau
datio Edificans iheruſalem do
minus: diſperſiones iſraelis congre
gabit Qui ſanat contritos
corde: et alligat contritiones eo
rum Qui numerat multitu
dinem ſtellarum: et omnibus eis
nomina vocans Magnus do
minus noſter et magna virtus
eius: et ſapiencie eius non eſt
numerus Suſcipiens man
ſuetos dominus: humilians au
tem peccatores vſque ad terram.
Precinite domino in confeſſio
ne: pſallite deo noſtro in cythara

Qui operit celum nubibus : et
parat terre pluuiam. Qui pro
ducit in montibus fenum et herbã:
seruituti hominum. Qui dat iu
mentis escam ipsorum : et pullis
coruorum inuocantibus eum.
Non in fortitudine equi volun
tatem habebit : nec in tibiis viri be
neplacitum erit ei. Beneplacitũ
est domino super timentes eum :
et in eis qui sperant super miseri
cordia eius.
Lauda ierusalem domi
num : lauda deum tuum
syon. Quoniam confortauit
seras portarum tuarum : benedi
xit filiis tuis in te. Qui posuit
fines tuos pacem : et adipe frumen
ti satiat te. Qui emittit eloquiũ
suum terre : velociter currit sermo
eius. Qui dat niuem sicut lanã
nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit criſtallum ſuam ſicut
buccellas : ante faciem frigoris
eius quis ſuſtinebit Emittet
verbum ſuum et liquefaciet ea :
flabit ſpiritus eius et fluent aque
Qui annunciat verbum ſuum
iacob : iuſticias et iudicia ſua iſ
rael Non fecit taliter omni
nationi : et iudicia ſua non ma
nifeſtavit eis .

Laudate dominum de celis :
laudate eum in excelſis .
Laudate eum omnes angeli eius :
laudate eum omnes virtutes eius
Laudate eum ſol et luna :
laudate eum omnes ſtelle et lu
men Laudate eum celi celorum
et aque que ſuper celos ſunt lau
dent nomen domini Quia ip
ſe dixit et facta ſunt : ipſe manda
vit et creata ſunt Statuit ea in
ſeculum et in ſeculum ſeculi : pre

ceptum posuit et non preteribit .
Laudate dominum de terra :
dracones et omnes abyssi. Ignis
grando nix glacies spiritus pro
cellarum que faciunt verbum eius
Montes et omnes colles : ligna
fructifera et omnes cedri Bestie
et vniuersa pecora serpentes et volu
cres pennate Reges terre et om
nes populi : principes et omnes
iudices terre Iuuenes et virgi
nes senes cum iunioribus laudet
nomen domini : quia exaltatum
est nomen eius solius Confessio
eius super celum et terram : et exal
tauit cornu populi sui Hymnus
omnibus sanctis eius : filijs israel
populo appropinquanti sibi .
Cantate domino canticum
nouum : laus eius in ec
clesia sanctorum Letetur israel
in eo qui fecit eum : et filie syon exul

tent in rege suo Laudent nomē
eius in choro in tympano et psalte
rio psallant ei Quia beneplaci
tum est domino in populo suo : et
exaltabit mansuetos in salutem
Exultabunt sancti in gloria leta
buntur in cubilibus suis Exul
tationes dei in gutture eorum et gla
dii ancipites in manibus eorum
Ad faciendam vindictam in na
tionibus : increpationes in populis
Ad alligandos reges eorum in cō
pedibus : et nobiles eorum in ma
nicis ferreis Ut faciant in eis
iudicium conscriptum gloria hec
est omnibus sanctis eius
Laudate dominum in san
ctis eius : laudate eum in
firmamento virtutis eius Lau
date eum in virtutibus eius : lau
date eum secundum multitudinem
magnitudinis eius Laudate

eum in ſono tube laudate eum in pſal
terio et cythara Laudate eum in
tympano et choro: laudate eum in
cordis et organo Laudate eum
in cymbalis beneſonantibus: lau
date eum in cymbalis iubilationis
omnis ſpiritus laudet dominum

End of the Psalter



Confitebor tibi
domine qm̄
iratus es michi : cō
uerſus eſt furor tuus
et conſolatus es me
Ecce deus ſaluator
meus : fiducialiter
agam et non timebo Quia fortitu
do mea et laus mea dominus : et fact⁹
eſt michi in ſalutem Haurietis a
quas in gaudio de fontibus ſaluato
ris : et dicetis in illa die confitemini do
mino et inuocate nomen eius No
tas facite in populis adinuentiones
eius : mementote quoniam excelſū
eſt nomen eius Cantate domino
quoniam magnifice fecit : annuncia
ate hoc in uniuerſa terra Exulta et
lauda habitatio ſyon : quia magnus
in medio tui ſanctus iſrael.



Ego dixi in di
midio dierū
meorum: vadam ad
portas inferi Que
ſiui reſiduum anno
rum meorum: dixi
non videbo dominū
deum in terra viuentium Non aſ
piciam hominem ultra et habitatorē
quietis Generatio mea ablata eſt:
et conuoluta eſt a me quaſi taberna
culū paſtorum Preciſa eſt velut a
texente vita meā dum adhuc ordirer ſuc
cidit me De mane uſq; ad veſpe=
rā finies me. Sperabam uſq; ad mane
quaſi leo: ſic contriuit omnia oſſa
mea De mane uſq; ad ueſperam fi
nies me: ſicut pullus hyrundinis
ſic clamabo. meditabor ut columba
Attenuati ſunt oculi mei: ſuſpi
cientes in excelſo Domine vim pati
or reſponde pro me: quid dicam aut

quid respondebit michi cum ipse fe
cerim. Recogitabo tibi omnes annos
meos : in amaritudine anime mee.
Domine si sic vivitur et in talibus
vita spiritus mei corripies me et vivi
ficabis me : ecce in pace amaritudo me
a amarissima. Tu autem eruisti
animam meam ut non periret : proie
cisti post tergum tuum omnia peccata
mea. Quia non infernus confitebi
tur tibi neque mors laudabit te : non ex
pectabunt qui descendunt in lacum ve
ritatem tuam. Vivens vivens ipse
confitebitur tibi sicut et ego hodie : pa
ter filiis notam faciet veritatem tuam
Domine salvum me fac : et psal
mos nostros cantabimus cunctis di
ebus vite nostre in domo domini.



Exultauit cor
meum in do
mino: et exaltatum
eſt cornu meum in
deo meo. Dilata
tum eſt os meum ſu
per inimicos meos:
quia letata ſum in ſalutari tuo. Nõ
eſt ſanctus ut eſt dominus neq; enim
eſt alius extra te: et non eſt fortis ſicut
deus noſter. Nolite multiplicare lo
qui ſublimia gloriantes. Recedant
uetera de ore ueſtro quia deus ſcienciarũ
dominus eſt: et ipſi preparantur cogi
tationes. Arcus fortium ſuperatus
eſt: et infirmi accincti ſunt robore. Re
pleti prius pro panibus ſe locauerunt:
et famelici ſaturati ſunt. Donec ſte
rilis peperit plurimos: et que multos
habebat filios infirmata eſt. Dñs
mortificat et viuificat: deducit ad in
feros et reducit. Dominus pauperẽ

facit et ditat : humiliat et ſublevat.
Suſcitans de pulvere egenum : et
de ſtercore erigens pauperem Ut ſe
deat cum principibus : et ſolium glo
rie teneat Domini enim ſunt car
dines terre : et poſuit ſuper eos orbem.
Pedes ſanctorum ſuorum ſervabit.
et impii in tenebris conticeſcent : quia
non in fortitudine ſua roborabitur
vir Dominum formidabunt ad
verſarii eius : et ſuper ipſos in celis to
nabit Dominus iudicabit fines
terre . et dabit imperium regi ſuo : et
ſublimabit cornu chriſti ſui.



Cantemus do
mino glori
oſe enim honorifica
tus eſt : equum et a
ſcenſorem deiecit in
mare Fortitudo
mea et laus mea do
minus : et factus eſt michi in ſalute

Iste deus meus et glorificabo eũ:
deus patris mei et exaltabo eum.
Dominus quasi vir pugnator om
nipotens nomen eius: currus phara
onis et exercitum eius proiecit in
mare. Electi principes eius sub
mersi sunt in mari rubro: abyssi ope
ruerunt eos. descenderunt in profun
dum quasi lapis. Dextera tua do
mine magnificata est in fortitudi
ne. dextera tua domine percussit ini
micum: et in multitudine glorie tue
deposuisti adversarios meos. Misisti
iram tuam que devoravit eos sicut sti
pulam: et in spiritu furoris tui congre
gate sunt aque. Stetit unda fluens:
congregate sunt abyssi in medio ma
ri. Dixit inimicus persequar et com
prehendam dividam spolia: imple
bitur anima mea. Evaginabo
gladium meum: interficiet eos ma
nus mea. Flavit spiritus tuus et operu

it eos mare: ſubmerſi ſunt quaſi plū
bum in aquis uehementibus.
Quis ſimilis tui in fortibus domi
ne quis ſimilis tui: magnificus in
ſanctitate terribilis atque laudabilis
et faciens mirabilia. Extendiſti
manum tuam: et deuorauit eos terra
Dux fuiſti in miſericordia tua: po
pulo quem redemiſti. Et portaſti
eum in fortitudine tua: ad habitacu
lum ſanctum tuum. Aſcenderunt
populi et irati ſunt: dolores obtinue
runt habitatores philiſtiim. Tunc
conturbati ſunt principes edom robu
ſtos moab obtinuit tremor: obrigue
runt omnes habitatores chanaan.
Irruat ſuper eos formido et pauor:
in magnitudine brachii tui. Fiant
immobiles quaſi lapis donec pertranſ
eat populus tuus domine: donec per
tranſeat populus tuus iſte quem
poſſediſti. Introduces eos et plan

tabis eos in monte hereditatis tue : fir
miſſimo habitaculo tuo quod operat[us]
es domine. Sanctuarium tuum do
mine quod firmauerunt manus tue :
dominus regnabit in eternum et ultra
Ingreſſus eſt enim eques pharao cu[m] cur
ribus et equitibus eius in mare : et re
duxit ſuper eos dominus aquas maris
Filii autem iſrael ambulauerunt
per ſiccum : in medio eius.



Domine audiui
auditionem
tuam : et timui. Do
mine opus tuum in
medio annorum vi
uifica illud. In me
dio annorum notu[m]
facies : cum iratus fueris miſericordie
recordaberis. Deus ab auſtro veniet :
et ſanctus de monte pharan. Operu
it celos gloria eius : et laudis eius ple
na eſt terra. Splendor eius ut lux erit

cornua in manibus eius. Ibi abſcõ
dita eſt fortitudo eius: ante faciem eius
ibit mors. Egredietur dyabolus an
te pedes eius: ſtetit et menſus eſt terram
Aſpexit et diſſoluit gentes: et contri
ti ſunt montes ſeculi. Incuruati ſũt
colles mundi: ab itineribus eternita
tis eius. Pro iniquitate uidi tentoria
ethyopie: turbabuntur pelles terre ma
dian. Numquid in fluminibus ira
tus es domine aut in fluminibus fu
ror tuus: uel in mari indignatio tua
Qui aſcendes ſuper equos tuos: et
quadrige tue ſaluatio. Suſcitans
ſuſcitabis arcum tuum: iuramenta tri
bubus que locutus es. Fluuios ſcin
des terre uiderunt + et doluerunt mõ
tes. gurges aquarum tranſiit. De
dit abyſſus uocem ſuam: altitudo ma
nus ſuas leuauit. Sol et luna ſtete
runt in habitaculo ſuo. in luce ſagitta
rum tuarum. ibunt in ſplendore ful

gurantis haſte tue In fremitu cō
culcabis terram: in furore obſtupefa
cies gentes Egreſſus es in ſalutem
populi tui: in ſalutem cum xpiſto
tuo Percuſſiſti caput de domo impii:
denudaſti denudaſti fundamentū eius
uſq; ad collum Maledixiſti ſceptris
eius capiti bellatorum eius: venien
tibus ut turbo ad diſpergendum me
Exultatio eorum ſicut eius qui de
uorat pauperem in abſcondito Viā
feciſti in mari equis tuis: in luto aq̄r
multarum Audiui et conturbatus
eſt venter meus: a voce contremuerūt
labia mea Ingrediatur putredo in
oſſibus meis: et ſubter me ſcateat.
Et requieſcam in die tribulationis:
et aſcendam ad populum accinctum
noſtrum Ficus enim nō florebit: et
non erit germen in vineis Mentietur
opus oliue: et arua non afferent cibū
Abſcindetur de ouili pecus: et nō erit

armentum in preſepibus. Ego au
tem in domino gaudebo: et exultabo ĩ
deo iheſu meo. Deus dominus forti
tudo mea: et ponet pedes meos quaſi cer
uorum. Et ſuper exceſſa mea deducet
me victor in pſalmis canentem.



Audite celi que
loquar: audi
at terra verba oris mei
Concreſcat in plu
uia doctrina mea:
fluat ut ros eloquiū
meum. Quaſi ym
ber ſuper herbam et quaſi ſtille ſuper
gramina: quia nomen domini in
uocabo. Date magnificenciam deo
noſtro dei perfecta ſunt opera: et omnes
vie eius iudicia. Deus fidelis et abſ
q; ulla iniquitate: iuſtus et rectus pec
cauerunt ei et non filii eius in ſordibus
Generatio praua atq; peruerſa: hec
cine reddis domino: popule ſtulte et in

ſipiens. Nūquid non ipſe eſt pater
tuus qui poſſedit te: et fecit et creavit
te. Memento dierum antiquorum
cogita generationes ſingulas. In
terroga patrem tuum et annunciabit
tibi: maiores tuos et dicent tibi. Quā
do dividebat altiſſimus gentes: quādo
ſeparabat filios adam. Conſtituit
terminos populorum: iuxta numerū
filiorum iſrael. Pars autem domini
populus eius: iacob funiculus heredi
tatis eius. Invenit eum in terra deſer
ta: in loco horroris et vaſte ſolitudinis.
Circūduxit eum et docuit: et cuſtodi
vit quaſi pupillam oculi ſui. Sicut
aquila provocans ad volandum pul
los ſuos: et ſuper eos volitans. Expan
dit alas ſuas et aſſumpſit eos: atq; por
tavit in humeris ſuis. Dominus
ſolus dux eius fuit: et non erat cum eo
deus alienus. Conſtituit eum ſuper ex
celſam terram: ut comederet fructus

agrorum Ut sugeret mel de petra:
oleumque de saxo durissimo Butirū
de armento et lac de ovibus: cum adi
pe agnorum et arietum filiorum basā
Et hircos cum medulla tritici: et
sanguinem uve biberent meracissimū
Incrassatus est dilectus et recalcitra
uit: incrassatus impinguatus dila
tatus Dereliquit deum factorē suū:
et recessit a deo salutari suo Provo
cauerunt eum in diis alienis: et in ab
hominationibus ad iracundiam cō
citauerunt Immolauerunt de
moniis et non deo: diis quos ignora
bant Noui recentesque venerunt:
quos non coluerunt patres eorum
Deum qui te genuit dereliquisti:
et oblitus es domini creatoris tui
Vidit dominus et ad iracundiam
concitatus est: quia prouocauerunt
eū filii sui et filie Et ait abscondam
faciem meam ab eis: et considerabo

nouissima eorum Generatio enim
peruersa est : et infideles filii Ipsi
me prouocauerunt in eo qui non erat
deus : et irritauerunt in vanitatibus
suis Et ego prouocabo eos in eo q̄
non est populus : et in gente stulta ir
ritabo illos Ignis succensus est in fu
rore meo : et ardebit usq; ad inferni no
uissima Deuorabitq; terram cum
germine suo : et montium fundamē
ta comburet Congregabo super eos
mala : et sagittas meas complebo in
eis Consumentur fame : et deuora
bunt eos aues morsu amarissimo .
Dentes bestiarum immittam in
eos : cum furore trahentium super ter
ram atq; serpentium Foris vasta
bit eos gladius et intus pauor . iuue
nem simul ac virginem lactantem cū
homine sene Et dixi ubi nam sūt :
cessare faciam ex hominibus memori
am eorum Sed propter iram inimi

eorum : distuli ne forte superbirent
hostes eorum Et dicerent manus
nostra excelsa : et non dominus fecit
hec omnia Gens absque consilio est
sine prudencia : utinam saperent et
intelligerent ac novissima provide
rent Quomodo persequebatur unus
mille : et duo fugarent decem milia
Nonne ideo quia deus suus vendi
dit eos : et dominus conclusit illos
Non enim est deus noster ut dii eo
rum : et inimici nostri sunt iudices
De vinea sodomorum vinea eorum :
et de suburbanis gomorre Uva
eorum uva fellis : et botri amaris
simi Fel draconum vinum eorum
et venenum aspidum insanabile .
Nonne hec condita sunt apud me :
et signata in thesauris meis Mea
est ulcio et ego retribuam eis in tempo
re : ut labatur pes eorum Iuxta est
dies perditionis : et adesse festinant

tempora Iudicabit dominus po
pulum suum : et in servis suis mise
rebitur Videbit q̄ infirmata sit
manus : et clausi quoq; defecerunt :
residuiq; consumpti sunt Et dicet
ubi sunt dii eorum : in quibus habe
bant fiduciam De quorum victimis
comedebant adipes : et bibebant vinū
libaminum Surgant et opitulē
tur vobis : et in necessitate vos prote
gant Videte q̄ ego sum solus : et
non sit alius deus preter me Ego oc
cidam et ego vivere faciam . percutiā
et ego sanabo : et non est qui de manu
mea possit eruere Levabo ad celum
manum meam : et dicam vivo ego
ineternum Si acuero ut fulgur gla
dium meum : et arripuerit iudiciū ma
nus mea Reddam ulcionem hosti
bus meis : et hiis qui oderunt me re
tribuam Inebriabo sagittas me
as sanguine : et gladius meus devo


rabit carnes De cruore occiſorum:
et de captiuitate nudati inimicorum
capitis. Laudate gentes populum
eius: quia ſanguinem ſeruorum ſuo
rum ulciſcetur. Et vindictam retri
buet in hoſtes eorum: et propicius erit
terre populi ſui.



Benedicite om
nia opera do
mini domino: lau
date et ſuperexalta
te eum in ſecula.
Benedicite ange
li domini domino:
benedicite celi domino. Benedicite
aque omnes que ſuper celos ſunt do
mino: benedicite omnes virtutes do
mini domino. Benedicite ſol et lu
na domino: benedicite ſtelle celi dño:
Benedicite ~~omnis~~ ymber et ros do
mino: benedicite omnes ſpiritus dei
domino. Benedicite ignis et eſtus

domino : benedicite frigus et eſtas dño
Benedicite rores et pruina domino
benedicite gelu et frigus domino Be
nedicite glacies et niues domino : bene
dicite noctes et dies domino Benedi
cite lux et tenebre domino : benedicite
fulgura et nubes domino Benedicat
terra dominum : laudet et ſuperexaltet
eum in ſecula Benedicite montes
et colles domino : benedicite vniuerſa
germinantia in terra domino Be
nedicite fontes domino : benedicite
maria et flumina domino Benedi
cite cete et omnia que mouentur in a
quis domino : benedicite omnes volu
cres celi domino Benedicite omnes
beſtie et pecora domino : benedicite filii
hominum domino Benedicat iſrael
dñm : laudet et ſuperexaltet eum in ſecu
la Benedicite ſacerdotes domini do
mino : benedicite ſerui dñi domino
Benedicite ſpiritus et anime iuſtor

domino: benedicite sancti et humiles cor-
de domino. Benedicite anania azaria
misael domino. laudate et superexaltate
eum in secula. Benedicamus patrem et
filium cum sancto spiritu: laudemus et
superexaltemus eum in secula. Benedictus
es domine in firmamento celi: et laudi-
bilis et gloriosus et superexaltatus in
secula.



Benedictus dominus
deus israel:
quia visitavit et fecit
redemptionem plebis
sue. Et erexit cornu
salutis nobis: in do-
mo david pueri sui.
Sicut locutus est per os sanctorum:
qui a seculo sunt prophetarum eius.
Salutem ex inimicis nostris: et de
manu omnium qui oderunt nos. Ad
faciendam misericordiam cum patribus
nostris. et memorari testamenti sui sancti

Iuſiurandum quod iurauit ad a
braham patrem noſtrum : daturum ſe
nobis. Ut ſine timore de manu in
imicorum noſtrorum liberati : ſeruiam'
illi. In ſanctitate et iuſticia coram ip
ſo : omnibus diebus noſtris. Et tu
puer propheta altiſſimi vocaberis : pre
ibis enim ante faciem domini parare
vias eius. Ad dandam ſcienciam ſa
lutis plebi eius : in remiſſionem pecca
torum eorum. Per viſcera miſericor
die dei noſtri : in quibus viſitauit nos
oriens ex alto. Illuminare hiis qui
in tenebris et in umbra mortis ſedent :
ad dirigendos pedes nros in viã pacis.



Magnificat aĩa
mea dñm.
Et exultauit ſpiri
tus meus : in deo ſa
lutari meo. Quia
reſpexit humilitatẽ
ancille ſue : ecce enĩ

ex hoc beatam me dicent omnes gene
rationes. Quia fecit michi magna
qui potens eſt: et ſanctum nomen eius.
Et miſericordia eius a progenie in
progenies: timentibus eum. Fecit
potenciam in brachio ſuo diſperſit ſu
perbos mente cordis ſui. Depoſuit
potentes de ſede: et exaltauit humiles.
Eſurientes impleuit bonis: et di
uites dimiſit inanes. Suſcepit iſ
rael puerum ſuum: recordatus miſe
ricordie ſue. Sicut locutus eſt ad
patres noſtros: abraham et ſemini eius
in ſecula.



Nunc dimittis
ſeruum tuum
domine: ſecundum
verbum tuum in pa
ce. Quia viderunt
oculi mei: ſalutare
tuum. Quod para
ſti: ante faciem omnium populorum.

Lumen ad reuelationem gentium
et gloriam plebis tue iſrael .



Te deum lauda
mus : te domi
num confitemur.
Te eternum patrē :
omnis terra venera
tur. Tibi omnes
angeli : tibi celi et
vniuerſe poteſtates. Tibi cherubin
et ſeraphin : inceſſabili voce procla
mant. Sanctus. Sanctus. Sanctus
Dominus deus ſabbaoth. Pleni ſunt
celi et terra : maieſtatis glorie tue .
Te glorioſus apoſtolorum chorus.
Te prophetarum laudabilis nu
merus. Te martirum candidat⁹
laudat exercitus. Te per orbem ter
rarum : ſancta confitetur eccleſia .
Patrem immenſe maieſtatis .
Venerandum tuum verum et vni
cum filium. Sanctum quoqꝫ para

clitum ſpiritum. Tu rex glorie xpe.
Tu patris ſempiternus es filius
Tu ad liberandum ſuſcepturus
hominem non horruiſti virginis
uterum. Tu devicto mortis aculeo
aperuiſti credentibus regna celorum
Tu ad dexteram dei ſedes: in gloria
patris. Iudex crederis eſſe venturus
Te ergo queſumus famulis tuis
ſubveni: quos precioſo ſanguine re
demiſti. Eterna fac cum ſanctis
tuis · gloria numerari. Salvum
fac populum tuum domine: et bene
dic hereditati tue. Et rege eos: et ex
tolle illos uſque in eternum. Per ſin
gulos dies benedicimus te. Et lau
damus nomen tuum in ſeculum: et
in ſeculum ſeculi. Dignare domine
die iſto: ſine peccato nos cuſtodire ·
Miſerere noſtri domine: miſerere
noſtri. Fiat miſericordia tua do
mine ſuper nos: quemadmodum

ſperauimus in te. In te domine ſpe
raui non confundar ineternum.



Quicumque vult
ſaluus eſſe: ante
omnia opus eſt ut
teneat catholicam
fidem. Quam niſi
quiſque integram in
uiolatamque ſerua
uerit: abſque dubio ineternum peribit
Fides autem catholica hec eſt: ut unu
deum in trinitate. et trinitatem in uni
tate ueneremur. Neque confundentes
perſonas: neque ſubſtanciam ſeparantes
Alia eſt enim perſona patris alia
filii. alia ſpiritus ſancti. Sed patris
et filii et ſpiritus ſancti una eſt diuini
tas: equalis gloria coeterna maieſtas
Qualis pater talis filius: talis ſpiri
tus ſanctus. Increatus pater incre
atus filius: increatus ſpiritus ſanct'
Immenſus pater immenſus filius:

immenſus ſpiritus ſanctus. Etern⁹
pater eternus filius : eternus ſpiritus
ſanctus. Et tamen non tres eterni :
ſed unus eternus. Sicut non tres in
creati nec tres immenſi : ſed unus incr
atus et unus immenſus. Simili
ter omnipotens pater omnipotens fi
lius : omnipotens ſpiritus ſanctus.
Et tamen non tres omnipotentes :
ſed unus omnipotens. Ita deus pa
ter deus filius : deus ſpiritus ſanctus
Et tamen non tres dii : ſed unus eſt
deus. Ita dominus pater dominus
filius dominus ſpiritus ſanctus. Et
tamen non tres domini : ſed unus eſt
dominus. Quia ſicut ſingillatim unā
quamq; perſonam deum ac dominū
confiteri xpiſtiana veritate compelli
mur : ita tres deos aut dominos dicere
catholica religione prohibemur. Pa
ter a nullo eſt factus nec creatus nec
genitus. Filius a patre ſolo eſt. no

factus nec creatus sed genitus. Spiri-
tus sanctus a patre et filio. non factus
nec creatus nec genitus sed procedens.
Unus ergo pater non tres patres: unus
filius non tres filii: unus spiritus sanctus
non tres spiritus sancti. Et in hac
trinitate nichil prius aut posterius
nichil maius aut minus. Sed tote
tres persone coeterne sibi sunt et coequa-
les. Ita ut per omnia sicut iam
supra dictum est. et unitas in trinita-
te et trinitas in unitate veneranda sit.
Qui vult ergo salvus esse: ita de
trinitate sentiat. Sed necessarium
est ad eternam salutem: ut incarnati-
onem quoque domini nostri ihesu xpi
fideliter credat. Est ergo fides recta
ut credamus et confiteamur: quia do-
minus noster ihesus xpistus dei filius
deus et homo est. Deus est ex substan-
cia patris ante secula genitus: et homo
est ex substancia matris in seculo natus

Perfectus deus perfectus homo ex
anima rationali et humana carne
ſubſiſtens. Equalis patri ſecundū
diuinitatem : minor patre ſecundū
humanitatem. Qui licet deus ſit et
homo : non duo tamen ſed unus eſt
xpriſtus. Unus autem non conuer
ſione diuinitatis in carnē : ſed aſſūp
tione humanitatis in deū. Unus
omnino non confuſione ſubſtācie :
ſed unitate perſone. Nam ſicut ani
ma rationalis et caro unus eſt homo :
ita deus et homo unus eſt xpriſtus.
Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra de
ſcendit ad inferos tercia die reſurrexit
a mortuis. Aſcendit ad celos ſedet
ad dexteram dei patris omnipotentis
inde venturus eſt iudicare viuos et
mortuos. Ad cuius aduentum om
nes homines reſurgere habent cum
corporibus ſuis : et reddituri ſunt de
factis propriis rationem. Et qui bo

na egerunt ibunt in vitam eter
nam: qui vero mala in ignem eter
num. Hec est fides catholica. quā
niſi quiſque fideliter firmiterque credide
rit. ſalvus eſſe non poterit. a. Ne
reminiſcaris domine delicta noſtra
vel parentum noſtrorum neque vin
dictam ſumas de peccatis noſtris.
a. Parce domine parce populo tuo
quem redemiſti precioſo ſangui
ne tuo et ne in eternum iraſcaris
nobis. Letania ſanctorum.
Kyrieleyſon. Xpiſteleyſon.
Kyrieleiſon. Xpiſte au
di nos. Pater de celis deus miſe
rere nobis. Fili redemptor mun
di deus miſerere nobis. Spiritus
ſancte deus miſerere nobis. San
cta trinitas unus deus: miſerere
nobis. Sancta maria ora pro
nobis. Sancta dei genitrix ora
pro nobis.

Sancta virgo virginum or.
Sancte michael or.
Sancte gabriel or.
Sancte raphael or.
Omnes sci angeli et archangli dei. orate.
Omnes sci btorum spirituum ordines. orate.
Sancte iohannes baptista or
Omnes sancti patriarche et pro
phete. Orate pro nobis
Sancte petre or.
Sancte paule or.
Sancte iohannes or.
Sancte andrea or.
Sancte philippe or.
Sancte thoma or.
Sancte bartholomee or.
Sancte mathia or.
Sancte iacobe or.
Sancte simon or.
Sancte thadee or.
Sancte mathia or.
Sancte barnaba or.

Sancte marche or.
Sancte luca or.
Omnes sancti apostoli et euuangeliste. orate pro nobis
Omnes sancti discipuli dn̄i orate
Sancte stephane or.
Sancte line or.
Sancte clete or.
Sancte clemens or.
Sancte corneli or.
Sancte vincenti or.
Sancte fabiane or.
Sancte sebastiane or.
Sancte cosma or.
Sancte damiane or.
Sancte prime or.
Sancte feliciane or.
Sancte georgi or.
Sancte xp̄ofore or.
Sancte victor or.
Sancte dyonisi cū sociis tuis or.
Sancte ypolite cū sociis tuis or.

Omnes ſancti martires orate
Sancte ſilueſter or.
Sancte leo or.
Sancte gregori or.
Sancte ambroſi or.
Sancte ieronime or.
Sancte auguſtine or.
Sancte yſidore or.
Sancte iuliane or.
Sancte gildarde or.
Sancte medarde or.
Sancte albine or.
Sancte euſebi or.
Sancte zwithine or.
Sancte birine or.
Sancte remigi or.
Sancte vediſte or.
Sancte amande or.
Sancte martine or.
Sancte nicholae or.
Sancte eligi or.
Sancte egidi or.

Omnes ſancti confeſſores or.
Omnes ſancti monachi et here-
mite orate pro nobis
Sancta maria magdalena or.
Sancta maria egypciaca or.
Sancta anna or.
Sancta martha or.
Sancta lucia or.
Sancta cecilia or.
Sancta agnes or.
Sancta agatha or.
Sancta katherina or.
Sancta barbara or.
Sancta margareta or.
Sancta ſcolaſtica or.
Sancta appolonia or.
Sancta petronilla or.
Sancta praxedis or.
Sancta ſotheris or.
Sancta priſca or.
Sancta tecla or.
Sancta editha or.

Sca affra

Sancta affra or.
Sancta ſpes or.
Sancta fides or.
Sancta caritas or.
Omnes ſancte virgines et vidue
continentes. orte.
Omnes ſancti et ſancte dei orte.
Propicius eſto parce nobis dñe
Propicius eſto exaudi nos dñe
Ab omni malo libera nos dñe.
Ab inſidijs dyaboli R.
A dampnatione perpetua R.
Ab imminentibus peccatorum
noſtrorum periculis R.
Ab infeſtationibꝫ demonū R.
A ſpiritu fornicationis R.
Ab appetitu inanis glorie R.
Ab immundicia mentis et corpo
ris. Libera nos domine.
Ab ira et odio et omni mala vo
luntate. R.
Ab immundis cogitationibꝫ R.

A cecitate cordis ℟.
A fulgure et tempeſtate ℟.
A ſubitanea et improuiſa mor
te. Libera nos domine
Per miſterium ſancte incarnati
onis tue. ℟.
Per natiuitatem tuam ℟.
Per ſcām circuncisionē tuā ℟.
Per baptiſmum tuum ℟.
Per ieiunium tuum ℟.
Per crucem et paſſionē tuam ℟.
Per precioſam mortem tuam ℟.
Per glorioſā ſanguinē tuam ℟.
Per admirabilem aſcenſionem
tuam. Libera nos domine.
Per grām ſcī ſpūs paracliti ℟.
In hora mortis ſuccurre nobis
domine.
In die iudicii ℟.
Peccatores. Te rogam⁹ audi nos.
Ut pacem nobis dones. Te roga
mus audi nos.

Ut pietas et miſericordia tua nos
ſemper cuſtodiat. Te r.
Ut eccleſiam tuam regere et defē
ſare digneris. Te r.
Ut domnum apoſtolicum et
omnes gradus eccleſie in ſancta re
ligione conſeruare digneris. Te r.
Ut regi noſtro et principibus no
ſtris veram concordiam atque victori
am donare digneris. Te r.
Ut epiſcopos et abbates noſtros et
omnes congregationes illis cōmiſ
ſas in ſancta religione conſeruare
digneris. Te r.
Ut congregationes omnium ſā
ctorum tuorum in tuo ſancto ſerui
cio conſeruare digneris. Te r.
Ut cunctum populum xpriſtia
num precioſo ſanguine tuo redemp
tum in tuo ſancto ſeruicio conſerua
re digneris
Ut omnib3 benefactoribus nr̄is

ſempiterna bona retribuas. Te r.
Ut animas noſtras et parentum noſtrorum ab eterna dampnatione eripias. Te r.
Ut fructus terre dare et conſeruare digneris. Te r.
Ut oculos miſericordie tue ſuper nos reducere digneris. Te r.
Ut obſequium ſeruitutis noſtre rationabile facias. Te r.
Ut mentes noſtras ad celeſtia deſideria erigas. Te r.
Ut miſerias pauperum et captiuorum intueri et releuare digneris. Te rogamus audi nos.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem eternam donare digneris Te r.
Ut nos exaudire digneris. Te r.
Fili dei. Te r.
Agnus dei qui tollis peccata mundi parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata

mundi exaudi nos domine.
Agnus dei qui tollis peccata mū
di miſerere nobis. Kyrieleyſon
Xpeleyſon. Kyrieleyſon. Pa
ter noſter. Et ne nos inducas in tēp
tationem. Sed libera nos a malo.
Oſtende nobis domine
miſericordiam tuam: Et ſa
lutare tuum da nobis. Et veni
at ſuper nos miſericordia tua dn̄e:
Salutare tuum ſecundum eloquiū
tuum. Peccauimus cum patribȝ
noſtris: Iniuſte egimus iniquita
tem fecimus. Domine non ſecū
dum peccata noſtra facias nobis:
neqȝ ſecundum iniquitates noſtras
retribuas nobis. Oremus pro
omni gradu eccleſie. Sacerdotes tui
induantur iuſticiā et ſancti tui exul
tent. Pro fratribus et ſororibus
noſtris. Saluos fac ſeruos tuos et an
cillas tuas: deus meus ſperantes in te

Oremus pro cuncto populo cri
ſtiano : Saluum fac populum tuū
domine et benedic hereditati tue et re
ge eos et extolle illos uſq; in eternū
Domine fiat pax in virtute tua
Et habundancia in turribus tuis
Anime famulorum famularum
q; tuarum requieſcant in pace Amē
Domine exaudi orationem me
am : Et clamor meus ad te veniat.
Deus cui proprium · Oremus
eſt miſereri ſemper et parce
re ſuſcipe deprecationem noſtram
ut quos delictorum cathena con
ſtringit miſeratio tue pietatis ab
ſoluat . Per xpm dnm nrm amen
Omnipotens ſempiterne
deus qui facis mirabilia
magna ſolus pretende ſuper fa
mulos tuos et ſuper cunctas congre
gationes illis commiſſas ſpiritū
gratie ſalutaris · ut in veritate tibi

complaceant perpetuum eis rorem
tue benedictionis infunde. Per xpm
dominum noſtrum. amen. Oremus
Deus a quo ſancta deſideria
recta conſilia et iuſta ſunt
opera da ſervis tuis illam quam
mundus dare non poteſt pacem ut
et corda noſtra mandatis tuis dedi
ta et hoſtium ſublata formidine
tempora ſint tua protectione tran
quilla. Per xpiſtum dominum
noſtrum amen. Oremus
Deus qui caritatis dona per
gratiam ſancti ſpiritus
tuorum cordibus fidelium infun
dis. da famulis et famulabus tuis
pro quibus tuam deprecamur cle
menciam ſalutem mentis et corporis
ut te tota virtute diligant. et que ti
bi placita ſunt tota dilectione perfi
ciant. Per xpiſtum dominum no
ſtrum amen.

Ineffabilē miām tuā nobis
q̄s dn̄e clementer ostende :
ut simul nos et a peccatis omnibz
exuas : et a penis quas pro hiis me
remur benignus eripias
Fidelium deus omnium con
ditor et redemptor anima
bus omnium fidelium defunctorū
remissionem cunctorum tribue pec
catorum ut indulgenciam quam
semper optauerunt pius supplicati
onibus consequantur . Per xp̄m
dominum nostrum amen
Pietate tua quesumus dn̄e
nostrorum solue vincula
omnium delictorum et intercedente
beata et gloriosa semperqz virgine
maria dei genitrice cum omnibus
sanctis tuis nos famulos tuos et
omnem populum catholicum in
omni sanctitate custodi . omnes co
sanguinitate ac familiaritate vel

confessione ac oratione nobis iun
ctos insuper omnes xpristianos vi
cijs purga uirtutibus illustra pacē
et salutem nobis tribue. Hostes visi
biles et inuisibiles remoue pestem
et famē repelle amicis et inimicis
nostris caritatem largire et omni
bus fidelibus viuis ac defunctis in
terra viuentium vitam et requiem
eternam concede. Per eundem domi
num nostrum ihesum xpristum fili
um tuum qui tecum viuit et regnat
deus. Per omnia secula seculorū amē.

7 large miniatures with borders
12 smaller "

filios hominum.
Dominus interrogat iustum
et impium : qui autem diligit
iniquitatem odit animā suam.
Pluet sup peccatores laqueos
ignis sulphur ⁊ spiritus procel
larum : pars calicis eorum.
Quoniam iustus dominus et
iusticias dilexit : uidit equitatem
uultus eius. psalmus dauid.
Saluum me fac domine
quoniam defecit sanctus :
qm̄ diminute sunt ueritates a
filiis hominum.
Vana locuti sunt unusquisque
ad proximum suum : labia do

Iudicare pupillo ꝛ humili:
ut non apponat ultra magnifi
care se homo sup terram. ps x.
In domino confido quomodo dici
tis anime mee transmigra ī mon
tem sicut passer.
Quoniam ecce peccatores inten
derunt arcum parauerunt sagit
tas suas in pharetra: ut sagittent
in obscuro rectos corde.
Quoniam quem perfecisti destru
xerunt: iustus autem quid fecit.
Dominus in templo sancto suo:
dominus in celo sedes eius.
Oculi eius in pauperem respici
unt: palpebre eius interrogat/

7 large miniatures in the border

12 smaller "

ghewechſamheit du biſte mijn he
re mijn god. Reſponſorium
Verloſſe ſi here vander pinen der
hellen. Du die brakeſt die metael
ſche porten ende vandeſte die hel
le ende gaueſte hem licht op datſi
di ſaghen die daer waren inder pi
nen der hellen verſus Die daer ne
pen ende ſpraken du biſte toe ghe
comen verloſſer der werlt. Du die
Mijn ghebeente die. viii. les
als dat vleiſch verteert was
hent an mijn velle. ende mijn lip
pen ſijn allene ghebleuen omtrent
mine tanden. Ontfermet v mijn
re ontfermet v mijnre ſonderlinge
ghi mine vrienden. want die hant
des heren heuet mi gheraect waer
omme veruolghet ghi mi alſe god

ende werdet verſadet van minen vlei
ſche. Wie ſal mi gheuen dat gheſcreuē
werde mine redene. wie ſal mi ghe
uen dat ſi werden wtghegrauen in
een boec mit enen yſeren griffel .
of mit enen lodenen plombete. of
dat ſi werden ghehouwen mit enen
beitel in enen keſelinc. Ic weet dat
mijn verloſſer leuet ende dat ic in
den ionxſten daghe weder op ſtaen
ſal vander eerden. Ende ic ſal ander
warf om ghedaen werden mit mi
nen velle. ende ſal in minen vleiſce
gode ſien. dien ic ſelue ſien ſal ende
mijn oghen beſcouwen ſullen. en
de en gheen ander. Dits mijn hope
die in behouden gheſet is in mi
nen ſchoet. Reſp̄. Mijn verloſſer
leuet ende inden ionxſten daghe ſal

PSALTERIUM